PSALMORUM
DAVIDIS
Paraphrasis Poetica
GEORGII BUCHANANI
SCOTI.
Argumentis ac Melodiis Explicata atque Illustrata.

LONDINI:

Typis *S. G.* Sumptibus *Thomas Malthus*, & Venales Prostant, ad in Signia Solis, in Platea Vulgo dicto. *The Poultrey*. 1682.

PSALMORUM
DAVIDIS
Paraphrasis Poetica
GEORGII BUCHANANI
SCOTI.
Argumentis ac Melodiis Explicata atque Illustrata.

LONDINI:

Typis *S. G.* Sumptibus *Thomæ Malthus*, & Venales Prostant, ad in Signia Solis, in Platea Vulgo dicto. *The Poultrey*. 1682.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO D. Othoni Duci Brunſulcenſi Et Luneburgenſi, Domino ſuo clementiſſimo S. D.

NATHAN CHYTRÆVS.

Reginæ ut ſua donavit ſacer ille Poeta.
Barbara quo ſe uno regnabritanna negant
Sic ego, quæ hic mea ſunt tibi, princeps optime
Forſitan & natis grata future tuis,
Atq; adeò teneræ, quacunque eſt ſparſa juventæ
Vt diſcat puro corde timere Deum,
Illius & laudes linguis celebrare tenellis,
Quæ Domino mirè victima grata placet.
Ejus tu modulis cupidas præbe, ut facis, aures,
Fiat ut exemplo ſanctior illa tuo.
Vive diu Dux longævâ dignissime vitâ,
Vtque diu, diu tibi ſit vivida vita, vale.

AD

MARIAM

ILLVSTRISSIMAM SCOTORVM Reginam.

GEORGII BUCHANANI Epigramma.

NYmph, Caledoniæ quæ nunc feliciter oræ
Missa per innumeros sceptra tueris avos,
Quæ sortem antevenis meritis, virtutibus annos
Sexum animis, morum nobilitate genus;
Accipe (sed facilis) cultu donata Latino
Carmina fatidici nobile regis opus.
Illa quidem, Cirrha procul & Permissidelympha
Pænè sub arctoi sidere nata poli (tum
Non tamen ausus eram malè natum exponere fœ-
Ne mihi displiceant quæ placuere tibi.
Fam quod ab ingenio domini sperare nequibant,
Debebant genio forsitan illa tuo.

In

IN PSALTERIVM DAVIDIS

Incerti auctoris.

Μὴ γῆσον Ὀρφεῦ ῥιφον Ἑρμῆ τὴν λύρην,
Τρίπους ὁ Δελφοῖς δοῦνον εἰς λήθλων ἔτι.
Δαβὶδ γὰρ ἡμῖν πνεύματ' ἐκ θεοῦ λέγων,
Τέρενοῖ τὰ κρυπτὰ τῆδ' Θεᾶ μυστηρίων,
Πλήθλῳ παλαιῶν ἰσοζυγεσσίων,
Κινεῖ πρὸς ὕμνον τὰς κλισμὸν τῷ κτίσιν.
Σώσων ἅπαντας μυσαγωγᾶ κ' ἀγέρει,
Ἁμαρτάνοντας ἐς δόξροφὸν πέρει
Πολλοῖς σὺν ἄλλοις κ' κειτᾶ δηλώσεσιν,
Σμήχειν δίδάσκει ψυχικὰς ἁμαρτάδας.

JVL. CÆS. SCALIGER.

V. CL.

Ad Georgium Buchananum.

FElix Georgi, lactea vena pater,
Quæ ditat immensum mare:
Quid barbarorum voce squalentem absonâ,
Meriisque nugis obsitum
Leporium non ferendis artibus
Audire nemet postulas?

Plectrumne Phœbo temperante, Marsyas
Tentabit ictum pollicis?
Amabilis Thalia si faciat modos,
Garrire pica gestiet?
Te natum ad alta Pegasi cacumina,
Tepente susceptum sinu
Regina sacri magna Calliope soni
Liquore non noto imbuit,
Deditque palmam ferre de tot gentibus,
Latina quot colit cohors.
Puris beatâ voce tessellis nitor
Perstringit aures candidas:
Flexuque ducta vena dulcis aureo,
Quam sustulit, iterat sitim.
O me superbum, Mole sublatum nova,
Te literatorum Deo!
Desideratum abesse se ut scribis, doles;
Quòd aliquid esse me putes.
Tu te ipse contemplator: in quo cuncta sunt:
Et vota lenies tua.

IDEM.

De Georg. Buch. carminis venustate.

Hæri legebam nuper allatum mihi
Sapidum, tenellum mollecarmen, aureum
Intelligendum vel puellis omnibus,
Si splendor atque puritas, decus, nitor,
Animum subire luculentum ullum queat:
Intelligendum non facilè doctis viris,

Nisi

Niſi mentis exciteiur ardor efficax,
Sententiarum propter ardorem merum.
De me ut loquaris, ut ego de me ipſo loquax,
Intelligebam primulum ut ſimplex puer;
At ubi vir eſſe, eſſe volui intelligens,
Vocis ſerenâ luce perculſus tuæ,
De intelligenti intellige ns nihil fui.
Hoc te volebam ſic monere: ne petas
Me velle reſpondere, non enim audeo.
Hocque eſſe reſpondere, Non reſpondeo.

ADRIANI TVRNEBI, GRÆCÆ
Philoſophiæ Profeſſoris Regij.

NEminem eſſe exiſtimo in Gallia paulo humaniorem, cui GEORGIUS BUCHANANUS non ſit notus: non ſolum eximius poeta, verum etiam vir omni liberali eruditione non leviter tinctus, ſed penitus imbutus.

CAR. UTENHOVII

TRes Italos Galli ſenos vicêre: ſed unum
Vincere Scotigenam non potuere virum.

GEORGII FABRICII.

PSalterium verterunt Germani aliquot piè; Itali, ut ſolent, eleganter; imprimis Flami ius. Sed nunc omnium induſtriam vicit GEORGIUS BUCHANANUS SCOTUS, varietate ſententiarum, & puritate ſermonis.

Franciſci Porti

Cretenſis.

Ἶσθι νῦν λαοὶς Δαβὶδ ἄλλος ἐσσὶν ἀοιδὸς
Θαῦμα μέγ' ἐνθεῖν πᾶσιν ὀπιχθονίοις.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἀνθολίης ναέσας θεῦ μέλπετο καρδὸς
Εἰσεείοις ὅδε τ' εἰς ἕκατον Ωκεανὸν.
Ἡισπαλαισίνων ὀπὶ κεῖνος γ' αὐλὰς ὁ ῥυθμοῖς
Ἀυσονίοις θέλγειν νῶι νόον εὐμερόπων.
Εἰ δ' ἐμέλω πεφίλοιο, λίπω τόδε νεύσαλο χειρῶ
Ἔξοχον ἐξανόθεν παγλοκράλεω βασιλεύς.

Henrici Stephani.

Ecce Caledonia Maro, Nyſa & Flaccus in ora,
Fas Iove nunc aſſunt pſallere Sionæ Iovam.

Ejuſdem.

avidis hîc corpus ſed teſtum veſte Latina,
Quæ pictâ eſt Flacci, Pictâs Maronis acu.

Pauli Meliſſi Franci.

Diverſis multi variè eluere ſonoris,
Aptando Latiæ ſidera Syr ſſa lyræ.
Barbiton hîc cythara que fides chelyn increpat alter:
Et ſuus ex merito quemque ſecutus honos.
Quod Buchanane, tamen, modulamina cætera vincit,
Ceu reliqua aliquidæ Daulias vincit aves.
Et quiſquam dubitet plenis edicere buccis
Hæc ſuperat curvâtas buccina clara tubas.

IN HANC EDITIONEM Epigrammata:

Joh. Posthii, Archiatri Palatini, P. L.

Sydera tum ascendit nuper Buchananus Olympum
Vocante rege cælitum,
Missus ubi sanctis jam tubas aurea Templa
Cantu suorum carminum
Mell fluo replet, cœtu admirante piorum,
Stupente & ipso David;
Qui, merito superis ait, ista probantur & orbi,
Ter maximi laudes Dei
Clarius ac melius resonentia, quam mihi quondam
Modulata Hæbræa barbito.

Ejusdem.

De Nathane Chytræo.

Pindaricis cant. m numeris mihi dome; man b't
Quem numquis docta gretia parva lyra
Ve sibus addesus me dio, cantumq; sonantem;
Majore ipsa mineri gratia, majo bores
Quartan igitur laudem Chytræa Musa meretur,
Pectra animat melodis quæ Buchanana sonis?

ναείθμας

Οἰκτρημός τε Θεῦ σοφίβυτ' ἀχετάς τ' ἀ-
πεώλη σάλπιγξεν βάρβιτος ἐβεσική.
Εἶα δ' Ἀπόλλωνος τις ἐπάνυμος ἔξοχος ἀνὴρ
Ἕλλησιν μέλεῳ φθέγξαλο δακτυλικῶ.
Φθογγοις δ' Αὐσονίοισι μελεφρόνα λο ἐφ' ἡμῖν
Συχνοί ὑπερφερέως δ' ἡ Σκυλίης βυκάνη.
Τόσση γὰρ κλαγγῆς ἰαχὴ κελάδησε τὰ θεῖα,
Ὡς τοῖς πρὶν ἄλλων φθέγματ' ὀπιπολέειν.
Οτλι ὃ δαιδαλέῳ μελέων ποικίλματι χρῆται
Τοῖς δ' ἰδίοις ἀδὴν ἔργον ἔκα σαλέποις,
Ναθὰν Χυλεῶος, μέσαις πεφιλημένος ἀνὴρ.
Ωιδὰς τοῖς μέλεσι πρώθελ' ἁναρμονίας.
Πρὸς δ' ἔτι κὴ ψαλμῷ μεσίδας κεφάλαιά τε,
Εἵ ἕκα, συλομίη ἐξεθελ' ἐυσυνέλῳ. (μνήμης
Ταῦλα δεπιλέων μελετήμαλα θέσκελα φωλῶν,
Ὦ βέσλοι αμφολέεσσι δεδάσλε λαῖς παλάμαις
Ἐν τε γὰρ ἐυλυχίας παρέχ' θεσλερπέας ὕμνας
Ἐν τε δυσημερίαις πρὸς Θεὸν ἱκεσίας
Τρανως δ' ἐπφαίνει τὰ τε πρὸς θεὸν ὑψιμέδοντ
Καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἔγγα θεοσεβέων λαῶν
Ταῦλα ὅ τοῖς ἀσαθοῖ τοῖς ἀθανάτοισι μιγῆναι
Ἐλδομένοις, πάντα ὃς ποθεινότατα.

IOH.

Μᾶλλος Ἰσάδακρυος ἠθάσεν ὑμέλαφα σαῦρα
Πάμπολλοι ψαλμοὶ ἄνδρες ἀοιδοπόλοι
Ἀλλ' ἐνὶ πᾶσιν ἀείσεται Βυκανάνος· ἰδ' ἐσὶν
Ἥν διὰ θεοπεσίων ἔξοχος ἐυεπίων. (ψεῦ
Τίπλα σὺ βασκαίνῃς ἔτι βασκανέεις ἐσόκε λαμ-
Ἠέλιος λάμψει ἔξοχα τῶδε κλέος,

Ἄλλο.

Ὅς Βυκανάνου βυκάνης ἔνομ' εἶπε λαχέσσης
Εἶπε καλ' αἴσαν, ὁ γὰρ γὰ πέλεται βυκάνη.
Εἰκέ λαδος περθεῶσα θεᾶ κλέος ὑψιμέδοντος
Παυλὶ ἐν ἰκόσμῳ ἧς κελαδεῖ κέλαδος.

Ἄλλο.

Ἢν Βυκανάνε παλεὶς Σκολίησοι, κἀν, ὀνομάζῃ
Σὺ σκόλος, ὐ σκότος εἶ, ἀλλὰ φόως Σκολίης.

Ἄλλο.

Σιγᾷ μυσοπόλοισι παλαιοῖς, κεῖνοα πρέπτον
Νῦν γὰρ ἀοιδιάει μυσοπόλος νεαρὸς,
Μυσοπόλος Βυκανάνος, ἄεθλον λῶ μὼ Ἀπολλων
Κεινει ἐν νεαροῖς ἐν τε παλαιγενέσιν.
Ἢν τάχα βασκαίνῃ τις, τίπλέον; αἰὲν ἐπηδεῖν
Ἀῶσοις ὦδε πρήξμασι βασκανίη.

AD

D. CL. V. NICOL REVSNE-
rum, I. C. & Poetam Reipub. Scho.
læque Argent. Anteceſſorem &
Conſiliarium.

Ænigma Chriſtiani Egenolphi
Franc. of. P. I.

ὡς τὸ Βυκ λέγ.

Signa pa'o ſoboles lambentis & aëri voce
Mulciter harmonica & ſtagna impleo pole
cano á.
Nec me Dila iuvat: PROBO BALTHÆ
MUNERA TESTÆ.

GEOR-

Georgij Buchanani

PARAPHRASIS IN PRIMUM LIBRUM PSALMORUM.

PSAL. I. Beatus vir, qui non abiit in consilio, &c.

Primus Davidis Psalmus, qui tanquam præmium & commendatio totius est operis, docet, verè beatos esse pios, extremè autem miseros impios. Qui verò sint pii, qui impii, aperit statim initio. Postea singulis imaginibus singulorum conditionem oculis subjicit. Felicitatem enim piorum, in hac maximè vita, pulcherrimâ icone arboris irriguæ & fructiferæ pingit: & in altera vita inquit eosdem Deo cognito & cultos esse futuros. Impiorum in hac vita florem momentaneum, seu potius extremas miserias, designat, imagine pulveris à vento agitati & ejecti: in altera verò vita eosdem æternis supplicijs subjiciendos prælicit: innuens interim, semina & incrementa pietatis ex hoc Psalmorum libro haurienda esse.

Carm.

Carm. genus i.

Discantus.



Felix ille animi, quem non de tramite recto



Impia sacrilegæ flexit contagio turbæ:

Altus.

Felix ille animi, quem non de tramite recto



Impia sacrilegæ flexit contagio turbæ,

Non 1 iter erroris tenuit, bis sessor ve cathedræ
Pestifere, facilem dedit irrisoribus aurem:
Sed 2 Vitæ crimatur iter melioris, & altâ
Mente Dei leges noctesque dieſque revolvit.
Ille 3 velut riguæ quæ margine consita ripæ est
Arborerit, quam non violento o Sirius æstu
Exuri, non torret hyems, sed prodiga læto
Proventu beat agricolam: nec flore caduco
Arridens, blanda Dominum spe lactat inanem.
Non 4 ita divini gens nescia fœderis, exlex,
Contemtrixque poli: subito sed turbine rapti
Pulveris instar erunt, volucri quem concita gyro
Aura levis torquet vacuo ludibria cælo.

Ergo

Tenor.



Felix ille animi, quem non de tramite recto



Impia sacrilega flexit contagio turbæ:

Baſſus.



Felix ille animi, quem non de tramite recto



Impia sacrilega flexit contagio turbæ;

Ergo 5 ubi veridicus judex in nube serena
Dicere jus veniet, sceleriſque coarguet orbem,
Non coram e impietatis mœſto attrollere vultus,
Nec miſera audebit juſtæ se adjungere turbæ,
Nam 6 pater æthereus juſtorum & fraude carentûm
Novit iter, ſenſumque tenet, curvoſque ſequuta
Impietas fraudum t anfractus ſcelerata peribit.

PSAL I. Quare fremuerunt gentes, &c.

De regno Chriſti vaticinaturus initio objurgat tyrannos et impios huic regno adverſantes, eſque panas minatur. Poſtea regem nunciat Chriſtum Dei filium, ejuſque potentiam oſtendit, niſi in æternum periturum.

Secundum

Secundum genus Carm.

Discantus.



Quid 1 trepidæ gentes vano fremuere tumultu?



Miniſque populi ſæviunt inanibus?

Altus.



Quid 1 trepidæ gentes vano fremuere tumultu?



Miniſque populi ſæviunt manibus?

Et 2 cum principibus magni coiere tyranni (ces?
Dominumq; Chriſtumque Domini adverſum truc.
Vincu'a 3 quin horum fortes dirumpimus aiunt,
Et lora noſtris demimus cervicibu ?
At 4 pater æthereus, rerum cui ſumma poteſtas,
Redebit impotentium irritas mina.
Tum 5 juſtì cenſus miſeros affbitur irâ,
Et per furorem cæca conſilia ſuum
Turbabit, 6 Cingamque meum a diademate regem,
Inquit Sionis jura ſanctis collibus
Qui dabit, & latè fundet mea juſſa per orbem.
Deinde 7 allocutus Dominus eſt me Filius.

Tenor



Quid ı trepidæ gentes vano fremuere tumultu?

Miniſque populi ſæviunt inanibus?

Baſſus



Quid ı trepidæ gentes vano fremuere tumultu?



Miniſque populi ſæviunt inanibus?

Tu meus es, genui te hodie: 8 me poſce, daboque
Omnes, ut hæres gentium fines regis,
Qua circumfusis tellus ſe portigit undis,
Regaſque 9 ſceptro ſempiternum ferreo?
Quumq; voles, tumidoſq; premas frangaſq; rebelles
Ut ficta fragili vaſa franguntur luto
At 10 vos, in populos quibus eſt permiſſa poteſtas,
Et jubar alter de plebi diciti,
Errorum tenebras depellite, diſcete verum.
Servite 11 Domino cum tremore gaudiis
Et timor & Domino acced t reverentia veſtris
Ut 12 miſſum ab illo filium amplectamini,

In vos ne justæ vindictam exerceat iræ,
De bcalle recti devios; nam quum brevi
Sæviet injustos contra justa ira scietis
Quam sint beati spes in illo qui locant.

Tertium genus.

Discantus



Altus.



PSALM. III. Domine quam multiplicati, &c.

Hoc hymno Propheta regius seditiosi filii Absolonis conspiratione perturbatus, primo conqueritur de factiosorum multitudine: Deinde iis praesentiam omnipotentis, & in exaudiendo benignissimi Dei opponit, quo fretum, se etiam in extremis periculis animo tranquillo fore asserit, usumque hujus servatoris & liberatoris salutem & subsidium magno animo implorat.

Tenor.



Bassus.



Et

Et 3 asseverant spem salutis in Deo
Superesse: jam nullam mihi,
Quum 4 tu sub umbra præsidentem me tui
Tam sæpe sæpti texeris:
Quum laudis auctor sis meæ, quum gloriâ
Meum coronet verticem.
Quum 5 nocte Dominus invocantem me suo
De monte sancto exaudiat,
Curis 6 solutus & recumbo & domino,
Refurgo liber a metu.
Dominuo 7 excubante, nec meum formidine
Pectus movebunt agmina
Numerosa, nec si sæva feritas omnium
Conjuret in me gentium,

Quintum genus.
Discantus.



O 2 Pater ô hominum divûmque æterna potestas,



Sincera mihi conscientiæ,

Altus



O 2 Pater ô hominum divûmque æterna potestas,



Sincera mihi conscientiæ,

Tu 8 Domine in aciem ducer, ut me liberes,
Proditis hostium omnium.
Ad lsque frangès impiorum & conteres
Dentes potenti dexterâ.
At 9 tu salutis una spes, populum tuum
Bonitate solitâ amplectere.

PSAL. IV. *Quum invocarem, exaudivit, &c.*

Invocat hic David auxilium Dei contra Absalonem & reliquos seditiosos, quos etiam objurgat, & ad viam redire jubet. Docet item, quod vanum sit verum & summum bonum, nimirum non divitiæ, aut annus proventus uberrimus, sed Dei benevolentia & favor, in quo uno & solo, cum vera animi tranquillitate, ipse acquiescit.

Tenor.



O 2pater, ô hominum divûmque æterna potestas



Sincerè mihi conscie mentis,

Bassus.



O 2Pater, ô hominum divumque æterna potestas



Sincerè mihi conscie mentis,

Qui mihi consiliique inopi, incertoque salutis,
Imploranti rebus in arctis,
Tutum pandis iter, latumque educis in æquor:
Nunc obsesso fraude malign
Da mihi te facilem, & justis bonus annue votis,
Non durâ placabilis aure.
O 3 hominum cæcæ mentes, quo me usque relicto
Intenti mendacibus umbris,
Sollicita in vanas torquetis pectora curas?
Tandem credite vera monenti:
Quem 4 Deus electum miro dignatur honore,
Per discrimina cuncta tuetur.
Me Dominus clamantem ad se, auxiliumq; rogantē
Mitis & exorabilis audit.
Ergo 5 Dei, miseri, nunc saltem agnoscite numen,
Et vitiis absistite pravis,
Vobiscum in tacito per noctem expendite lecto
Longi dicta ac facta diei.
6 Non a pecudum fibris Domino, sed mente b litatur
Innocuâ: si admoveris aris
Hanc, poteris sperare animi securus a b alto

Quintum genus.

Discantus.



Dextrâ munera larga benignâ.
oscit 7 opes modò degeneres pars maxima vulgi,
Hæc animos vota una fatigant.
t 8 tu me placido tantum bonus adspice vultu,
Aura tui jucunda favoris
Me super irradiet: sat amico te mihi felix:
Alter frugibus horrea stipet,
mpleat & multas generoso nectare cellas,
Et congesto gaudeat auro:
st 9 ego, curarum vacuus de nocte recumbam;
Et sine sollicitudine somnos
ccipiam: tu securam mihi robore mentem,
Tu certo spe pectora firmas.

PSAL V. Verba mea auribus, &c.

Hic quoq; Propheta regius exul & afflictus à Deo sua preces exaudiri petit, seq; defendi contra impios inquinolentos, eoque nomine Deo exosos. Deus enim misericordiâ se fretum non desperare in rebus adversis sed ad ejus patrocinium confugere. Hostes autem suos esse mendaces, fraudulentos, hypocritas, ideoque orat ut Deus eos puniat; ad sit autem & benefac ita pijs.

Tenor



O 2 potens rerum Deus, aure leni Mitis exaudimea



Verba mentis Mente non dura tetricusque tristis

Altus

Altus.



O potens rerum Deus, aure leni Mitis exaudi mea



Verba, mentis Mente non dura tetricusque tristes



Percipe questus.

Percipe a questus.

Aspice 3 attentus, mihi quanta tendat
Vox latus quando mihi rex Deusque
Solus es, solum veneror precorque
Rebus in arctis.
Manè 4 clementem Deus æquus audi:
Nam tuum castâ prece, non inanem
Spem fovens, nomen jubar ante b Eoum
Manè e cielo.
Tu 5 Deus, lætus pietate verâ,
Impii ritus scelus execratis:
Nec frui pravi studiosa mens te
Speret amico:
Vis 6 tuos vultus metuit nefasque:
Hostis 7 es fraudem & cupidæ cruoris
Cædis: d audacem simulare linguam
Falsa recides,

Bassus.



O patens rerum Deus, aure leni Mitis exaudi mea



verba, mentis Mente non dura tetricusque; tristes



Perc pe questus.

Percipe a questus,
At 8 tuâ fretus bonitate s crum
Limen accedam, tua templ inibo,
Rité adorabo tua sancta castis
Numina votis.
Tu 9 mihi, ut casses fugiam dolo os,
Hostium, lumen, Deus, æquitatis
Dux tuæ præter, dubioque cæcos
Dirige gressus.
Hostium, io verum fugit ora, pectus,
Incolit f aus spurcitieique guttur
Tetrius putrest quod hiat ecludens
Funera e busto.
Lingua adulatrix tecito veneno
Blandiens, cæcos meditatur ictus
O tu Deus, rerum O Pater alme gentem
Perde nefandam.

Redde conatus, Pater alme, vanos:
Quique te linquunt, scelerum suorum
Sentiant pœnas meritas, & ima
Stirpe recisi.
12 Sed tuâ semper bonitate tuti
Gaudeant, qui spem posuere in uno
Te sibi certam impavidi, tuumque
Nomen adorant.
13 Namque tu rectos animosque puros
Larga opum dextrâ recreas benignus,
Et tui (tanquam clypeo) favoris
Protegis umbrâ.

PSAL. V. *Domine ne in furore, &c.*

Psalmus hic primus est inter septem, qui, quòd doctrinam & exempla veræ pœnitentiæ contineant, Pœnitentiales, appellantur. Pœnitet autem eum de desperatione & ipsi inferis indignum David, agnoscat primò stultum peccatorum magnitudinem, verèque & ex animo, multis cum lacrymis & squalore, doleat Deum à se offensum esse nec pœnam, modò æternam sit, recusat. Neque tamen desperat: sed ad misericordiam, propter filium servatorem promissam, veluti fiducia confugit, in qua quidem ita exultat, ut eis minus credendum sit hostibus, qui à Deo planè desertum Davidem jactitabant. Ut itaque ejus exercitationem & bonum propositum in eo declaret, quo se vivum & valentem Dei laudes persequi & celebrare autumem polliceatur, quod nisi ab homine vivo fieri non potest.

Carm. genus IIj.

DUm fervet ira, Domine, dum mens æstuat,
Ne me merentem corripe;
Dum sævientis flagrat in cursu furor,

Exigo

Exigere pœnas abstine.
3 parce : languor ægrum conficit,
Manum salutarem admove;
orpus, solutis ossium compagibus,
Enervе vires deserunt;
ntemque 4 graviter mœror angit turbidam
Quo me usque miserum negliges?
uo5 me usque linques, jam reverte ac libera
Ægrum inferûm de faucibus.
bi 6 sæva duram mors manum injecit semel,
Quis amplius meminit tui
uis mortis aitâ subrutus calligine
Nomen celebravit tuum,
t 7 noct pectus anxium suspiriis
Pul ans, gemensque lacrymis
vocubi estrata stetuum madent
Rorata largis imbribus,
lliat 8 acies luminum, doloribus
Hebetata longis, hostium
terque risus & dolos cernit
Color vigorque corporis,
9 tu, scelerosus turba gaudens impiis,
Fec lo, spem pone irritam,
mcata Dominus & mœrorum fletuum
Placatus audivit sonum.
ominus 10 benignus supplicem me exaudiit,
Orationique annuit,
bitus i ut hostes obruat pudor meos,
Vultusque confundat rubor,
isi repenti ut pallent infamiâ
Fugam que turpem mœreant.

PSAL. VIJ. Domine Deus meus, &c.

Occasionem huic Psalmo dederunt calumniæ & probra Semei filii Iemini quæ recitantur 2 Reg. cap. 16. Petit ergo David se à cane tam rabioso liberari, cùm sit innocens, & quid in innocentiam suam dirâ in seipsum imprecatione, ipsisque Leo, qui cardiognostes est, testimonio

Sextum genus.

Discantus







Altus.







Interitum

p ssit demo strare. Cum igitur Deus innocentis & justitiæ defensor, vindex autem mali civium sit & sceleratum, orat ut hic quisque ab hominem nostrum sibi, in utroque vires suas exerat. Ne autem interitu hostium delectari videatur, monet eos ut resipiscant, quia & teli iræ divinæ ipsorum cervicibus immineant, & conatus ipsorum plane irriti, & auditoribus tandem exitiales sint futuri In fine verò fidem suam ipse exsuditum suæque causam Deo cara esse, propter quo ipso immortales ei gratias agit.

Tenor.



In te salutis spem posui meæ.



Servator orbis, faucibus hostium



Me libera, qui mente sævâ

Bassus.



In te salutis spem posui meæ,



Servator orbis, faucibus hostium



Me libera, qui mente sævâ

Interitum mihi moliuntur.



Interitum mihi moliuntur.

Si 3 nemo vindex asserat, ut leo
Imbelle crudu dilaniat pecus,
Sic me ferus discerpet hostis,
Inermi e sitiens cruoris,
Si 4 verus index me merito arguit,
Nec falsa mendax de crimina texuit,
Si 5 damna tranquillo crearvi,
Promerito malè ni reperci;
Me 6 pr si quatur e dum capiat sequens,
Captumque sternat, stratum & humi pedo
Conculcet, & sceptri superbum
Protervi abjic atque fastum.
Exsurge, 7 justis te furor impius
Meorum in ir s excit thostium.
Exsurge, promissamque redde
Perfidiæ Deus ultionem.
Exsurge, 8 terris luceat omnibus
Augusta majestas tua te suum
Accurrat agnoscatque regem
Concil um populi patrem que.
O 9 qui potenti sceptra tenens manu,
Gentes per omnes crimina vindicas,
Me vindica, si ritè pœnas
Ore pio in cunque p sco.
O 10 juste judex cordis in intimo
Quem nil recessu præterit abditum,

Fra



Interitum mihi moliuntur.



Interitum mihi moliuntur.

Frange impios cursus malorum;
Fulci[1] nimos reflove qui justos.
Securus[2] hostis nil metuo, Deo
Custode, quem simplex animi juvat
Candor 2, pios, servat, malisque
Exitium assidue minatur.
Si 3 pergret hostis, jam gladium tenet,
Jam 4 tendit arcum promptus, & arripit
Ferale telum, & igne sævo
Lethiferas acuit sagittas.
En, 5 qui nefandum parturiit scelus
Concepit h æruinnam, pariet velut
Quæ vana per somnum inquietas
Ludificant simulacra mentes.
Fodit 6 dolosam ut me caperet, i crebem,
Ineautus in fossam ipse suam ruit
In 7 verticem ipsius recurret
Pernicies, recidentque fraudes.
Ergo 18 k expeditus fraudibus & metu,
Rerum parentis justitiam canam,
Nomenque sanctum gratioso
Lætus agam, repetamque laudes.

PSAL. VIij. Domine Dominus noſter, &c.

*Celebrationem Majeſtatis, ſu omnipotentiæ, item lon
tatis ſive potius philanthropiæ divinæ hæc oda contine
Omnipotentiam Dei ex operibus cæ o terraque conſpicu
declarat, & primo quidem ex e r nis ubi per infan es &
homines plane inteciles, ris maximas in ſuam laude
gerat, & in inimicos ſuos exerceat vindictam &*

Septimum genus.

Diſcantus.





Altus







So

ſones. Deinde ex cœleſtibus, ubi ſolis, lunæ, ſtellarum lux incomparabilis, magnitudo incredibilis, converſio planè admiranda, liquidò teſtantur, quibus quantuſque ſit horum omnium conſervator Deus, quamque idem benignus & amans ſit generis humani, qui in tanta majeſtate tantilli & tantis miſeriis expoſiti hominis ita rationem habeat, ut eum tanquam ſimilem ſui, aut vicarium ſuum conſtituat, dominium habentem in omnia animantia terreſtria, volatilia, aquatilia: quæ omnia admiratur, & ſempiternas protanta benignitate Deo gratias agit. Allegoricam explicationem alii perſequuntur.

Tenor.



Baſſus.





Et 2 ſuper cœli radiantis or'es
Tua m; nitudo ſe extulit.
Quàm 3 piâ mundum tue-recuâ,
L ctentis ævi infantia.
Prod t ut lingua temetè obſtrep ntum
Tibi r futes hoſtium,
Hoſtium, quorum vomit os furorem,
In te, ſititque ſanguinem.
Luce 4 quum cœlos vitrea ſerenos,
Polle tis opera dexteræ,
Cerno; quum lunam, nitidaſque ſtellas
Per te creatas conſpicor,
Quantulus 5 (mecum tacitu revolvo)
Homo eſt, ut ejus ſis memor!
Quantula humanæ eſt ſobolis propago,
Dignere ut illam viſere
Hunc 6 Deo æqualem propè re'didiſti:
Ornaſti honore & gloria:
Et 7 tuæ dextræ ſuper univ'a
Opera creaſti principem:
Cuncta, vitalis quibus d hauſtus auræ eſt.
Illi dediſti ſub pedes,
Haic 8 boves parent & oves, pecuſque

Quæ



Quodcunque campis paſcitur;
Quique 9 pennarum celeri volatu
Metitur æles aëra;
Quique / pinnarum celeri natatu
Piſcis pererrat æquora.
Gentis ro humanæ pater atque cuſtos,
Quàm ſancta maj ſtas tui
Nominis terras ſtupefecit omnes,
Sol qu s recurrens adſpicit!

PSALM IX. Confitebor tibi Domine, &c.

Dimembris hic Pſalmus dici poteſt. Primo enim continet epinicion, ſeu gratulationem & gratiarum actionem de parta victoria, quam Propheta regius ſibi Deo accepta refert, qui cum juſtus ſit, tandem bonos hominum injuſte oppreſſorum cauſas eſſerat, & hoſtes impios, ad nominis quique internecionem funditus evertat, ſolus interim, omnibus ſuperſtes, judex juſtus, & confugium vèrè piorum perpetuò futurus. Secundò petitionem habet, ut ab eadem Domino, à reliquis quoque hoſtibus ſuis aquitus in extremos etiam mortis anguſtias redactus ſit liberetur, eo maximè nomine, ut vivus Deo gratias agere,

ejusque laudes ad alios quoque quàm latissimè propagare possit. In primis autem Dei justitiam prædicat, qui impios & fraudulentos suis ipsorum artibus opprimat: curat autem & defendat bonos. Additur tandem votum finale, ut Deus suam potentiam exerat, quò intelligant.

Carm. genus IX.

Discantus.





Altus







Tandem

uerbi & pragmatici homines humanas vires contra Deum nihil posse, atque ita periculo suo, se homines, id est omnibus casibus adversis, & mortidem què singulis momentis expositos esse agnoscant, atque ita animos à superbis tumentes contrahant. Ad hoc enim officiendum maximè usurpatum est illud Μεμνησο ἀνθρωπος εἶ.

Tenor



Rerum certa salus te cano, gratias



Exsolvo meritas ex animo tibi:

Bassus



Rerum certa salus te cano, gratias



Exsolvo meritas ex animo tibi:



Et miranda futuris

Pandam



Pandam facta nepotibus.



Et miranda futuris



Pandam facta nepotibus.

Tutus 3 præsidio nil metuam tuo:
Lætus læta canam: sed tibi carmina,
Te laudabo sup remi
Æternum æthe is a arbitrum.
Spes 4 hostis temerè elatus in improbas,
Conversus trepida terga dedit fugâ,
Et virtute potentis
Dextræ b p.ssum abiit tuæ.
Tu 5 vindex cupidos exitii mei
Perdis; tu trepido præsidium es eo:
Tu litem mimju ex
Ex alto sirimis throno,
Tu 6 gentis valido robore barbaræ
Comp.scis furias; destruis impios,
Ut nec nomina seris
Narrat fama nepotibus:
En, 7 hostis tumidæ quò recidunt minæ?
En, qui sternit humi runditus oppida,
Et prostrata perennis
Condit nube silentii.
At 8 rerum Dominus perpetuus thronum
Fixit perpetuum justitiæ sibi,
Orbem 9 ut legibus æquis,



Pandam facta nepotib s.



Et miranda futuris

Pan am facta nepotibus.

Ut justè populos regat.
Quum 10 vis incubuit fœta superbâ
Irani, miseris præsidium pates,
Tuti pandis e asyli
Arcem rebus in asperis.
In 11 te uno meritò spem solidam locant,
Qui novêre tuum nomen, & ultimo
Ut discrimine amicos
Nunquam distituas tuos.
Ergo 12 arci meritâ laude Sionie
Custodem *f* Dominum pangite: consilii
Decreta ardua gentes
Latè ferre per exteras.
Vindex 13 innocui sanguinis exstitit
Pœnas, vi tenues nec sinit opprimi
Impunè: applicat aurem
Clamantum querimoniis,
Afflictas 14 bonus ô res propriùs meas
Contemplare, odiis quem petit improbis
Vis hostilis: & atræ
Mortis faucibus eripes;
Ut, 15 quà mole Sion crescit in æthera
Latè conspicua laudibus efferam

Te lætusque salutem
Acceptam referam tibi.
Demersit 16 merito fraus sua perfidas:
Gentes exitio, queis alios g plagis
Irretire parabant,
Hæsere impl citi pede.
O 17 miranda D i judicis æquitas,
Fraudis fraude sua pendit ur artifex,
Ores h pectoris altis
Condenda in penetralibus!
Sic est: 18 interitu devorat impios
Improvisa dies, immemores D i
Gentes mors inopina
Æternis tenebris premit,
At 19 confisa Deo nuda modestia
Æternum Domini non animo excidet,
Nec lœto miserorum
Spes frustrabitur exitu
Rerum 20 surge p ræsens: neu sine ut impotens
Adversus tener crescat homunculus:
Et juris preme fœnis
Gentes arbiter impias.
Circum siste 21 tuæ mole potentiæ,
Terroremque feris mentibus ingere,
Agnoscat male firmam
Sortem gens hominum suam,

PSAL X. *Ut quid Domine recessisti, &c.*

Decimus Psalmus querelam & precationem acrem vehementemque continet, in qua tyranni & hostes Ecclesiæ vivis coloribus depinguntur: & petitur, ut Deus homines pios & præter meritum suum afflictos & oppressos liberet, hostium fraudes immanitatemque compescat, eosque pro sua justitia, & ipsorum merito funditus everlat.

Carm.

Carm. genus Iij.

QUonàm 1 usque custos gentis humanæ, tuos
In rebus arctis negliges?
Quousque 2 aberis usque dum pios tyrannide
Premit arroganter impius?
O si scelestum, vergat in caput scelus,
Suisque pereat artibus.
Dum 3 mentis explet per nefas libidinem,
Sic gloriatur impius
Sic gaudet in se sempiternum ceu decus
Rectis parârit artibus.
Æqui 4 atque iniqui negligit discrimina
Infœnis arrogantia:
Suique plaudit suaviter prudentiæ,
Nullum esse quod putet Deum.
Felicitatis 5 somnio indulget suæ,
Quòd cuncta cedant prospere.
Nec te futurum cogitat vel judicem,
Vel perpetrati vindicem,
Hostes minores æstimat nihilo suos,
Sic 6 ipse secum computans,
Incommodi expers ad finem usque ultimam
Securus ævum transigam.
Non cura lætis ulla sese gaudiis,
Non ægritudo interferet.
O, 7 exsecranda despuit convicia,
Spumatque probris & dolis.
Bonis labores continenter pestilens
Lingua & dolores parturit:
Circa 8 virum b compita insidias locat,
Ut e innocentem clam involet,
Intentus oculis intuetur acribus
In transeuntes pauperes.

Qualis

Qualis 9 cubantus subter alta delitet
d Spelæa conditus leo,
Sic è latebris corde trepido palpitans,
Insidioribus imminet;
Et occupatos e multinodis laqueis,
Nullæ f involutos extrahit,
Malisque subigit, 13 & tenebris oculit
Crudelitatem callidus,
Ah strage quantâ transeuntes perculit
Graffatus iniis artibus!
Sic 11 deinde secum collig't malè credulus,
Hæc prorsus ignorat Deus,
Avertet oculos humanis suis,
Fandi & nefandi negligens.
Exsurge 12 Domine tolle in altum dexteram,
Libera g figa vulnera;
Ope destitutos ne pios silentio
Obvioso desere
Tene 13 impiorum hi pervicax insania
Sic audeat contemnere?
Secreta rerum corde tacito ut murmurem,
Humana non curat Deus?
Cernis 14 profecto quicta, cernis, & tuam
Scelestus in manum dabit,
Ut tu labores & dolores pauperum
Non prorsus rejicias in te ligar.
Tibi relictus est inops atque innocens
Tu tutor orbos protegis.
Tu 15 frange vires impii, violentiam
Tumentis improbæ doma
A stirpe cæca donec impietas simul
Ik Elimenetur & impius.
Tum 17 firma Dominus seculorum in secula
Sceptra obtinebis l imperii,
Gentesque terræ finibus procul tuis

Ext

Extermi abis impias.
Hæc 17 vexata duris obruti laboribus,
Hæc supplices fundant preces.
Animosque stimulis incitati talibus,
Lacrymantes postulant,
Pupillum 18 & inopem ut vindices potentium
Ab impotenti audacia
Homo ut feroces spiritus ponat, suæ
Infirmitatis conscius,

PSAL. XI. In Domino confido. &c.

Psal. xi. pia consolationem, comminationem impiis proponit. Cum enim quidam imminentibus Davidi à Saule gravissimis vitæ periculis, ipsum vel abigerent, vel secum traherent, ut aliò fugâ sibi consuleret, respondet David, se non fugiturum, cùm Deum justum, omnipotentem & ea de re potentem, omnes omnium hominum, tam parvorum, quàm superiorum mentes dicta & facta intueri sciat; ita tamen ut illos amet & defendat, hos vero exercetur & funditus evertat. Ejus igitur præsidio se quoque; & omnes pios in periculis constitutos, consolatur.

Carm. genus VI.

QUum 1 spe salutis non dubiâ fruar,
Deoque fidam, vos mihi dicitis,
Facesse rupes in remotas,
Ante volans pavidus volucres.
Intendit 2 arcum (en adspicis) impius,
Nervo sagittas admovet, ut petat
Recta latentes è latebris
Innocuos animique recto.
At 3 tu potenti, Rex bone, dexterâ
Domas rebelles, & facis irrita

Decreta

Decreta vesani furoris
Contra humiles malè nil merentes.
Æterna 4 cœli templa colens Deus,
Et lucido sidérorum in solio sedens,
Humana perterras acutis
Facta oculis b speculatur omnes,
Non 3 justus illum, non latet impius
Cuncta intuentem, sed studio ad nefas
Pronos maligno justus orbis
Ex animo moderator odit.
Super 6 scelestos retia depluet,
Ignes e remisto sulphure flammeos
Ad impios eliminandos
Fulmineæ rapient procellæ.

Carm genus. IX.

Discantus.



Affer opem servatur, opem fer, pulsa recessit



Intemerata fides, Nuda fides hominum



fugit commercia, vana cum socio loquitur

Alius

Istosqua 7 justus justitiæ parens
more sancto amplectitur unice
Et fraudis ignaramante vultus
Assidue videt æquitatem.

PSAL XIJ. Salvum fac Domine, &c.

Duodecimo Psalmo deplorat initio vir sanctus mores seculi pessimi, eorum maxime, qui, cum perfidi, bilingues, & glossegastores essent, tamen ad rerum gubernacula sedebant. Iis igitur extremum imprecatur exitium Deumque ipsum introducit auxilium suis pollicentem Dei autem promissa ve ipsima & ab omni late falsitatis instar auri igne purgati, munda esse docet. Quocirca certè futura esse quæ promiserit, asseverat. simulque quàm turpe & intolerabile & damnosus sit hujusmodi hominum mos principatus in fine ostendit.

Tenor.



Affer opem Servator, opem fer, pulsa recessit



Intemerata fides, Nuda fides hominum fugit



commercia, vana cum socio loquitur

Bassus

Altus.



Quiſque ſuo, blandâ exercens mendacia linguâ,
Corde ſcelus meditans.
Oram Deus fraudum dulcia medicata venena
Conterat & penitus
Grand loquaces ima linguam radice revellat
Quique pudore carent,
Dicere non metuunt, falſa ad perjuria linguas
Fortiter intrepidi.
Aſſueſcimus, & os ad te confirmemus ad omne
Flagitium; neque enim
Oris fœnum mei linguæve arepagula quenquam
Meminiſſi habere puto.
At Dominus planctus miſerorum, & dura ferentûm
Aure e trahens gemitus
Surgam ait, atque inopem, tutâ ut reſpiret in arce,
Inſidiiſque procul,
Securum ſtatuam. Hæc Dominus. Quid abore fideli
Cunque fluit Domini,
Aura purius eſt, auro quod fuſile fecit
Septima flamma conques.

Dum

Bassus.



PSAL. XIII. Uſq; quò Domine Oblivisceris, &c.

Hoc quoque Pſalmo David in ſuarum angustiarum conſtitutus, ſe non ſolùm à Deo juſto ſummo ne, li, ſuos dolores ſed & hoſtium ſuorum inſolescere Dei igitur auxilio dolores ne prorsùs extinguantur eosque rursus hostis ſuos rursus exſuscitet Firma etiam fide & gaudio quodam in Dei bonitate & misericordia orto, ſtatuit, ſe cantaturum, gratumque ſe fore pollicetur.

Cum

Carm. genus X.

Discantus.



Quousque rector unice, Me destitutum negliges?

Altus.



Quousque rector unice, Me destitutum negliges?



An sempiterna me obrutum Oblivione deseres?



An sempiterne a me obrutum Oblivione deseres?

Quousque vultum amabilem
Iratus abscondes mihi?
Quousquec uræ turbidæ
Mentis quietem distrahent?
Quousque cor cruciabitur
Mœroris æstu fluctuans,
Quousque me prostrato riget
Hostis triumphos insolens,
Regnator 4 orbis adspice,
Opem fer, & lucem tuam
Infunde, ne mors lumina
Somno perenni sopiat

Ne

Tenor.



Quousque rector unice, Me destitutum negliges?

Bassus.



Quousque rector unice, Me destitutum negliges?



An sempiterna me obrutum Oblivione deseres?



An sempiterna me obrutum Oblivione deseres?

Nes ja&et hostis arrogans
e viribus fractum suis,
e me perosi perfidi
e dolore *a* gaudeant.
Tu 6 me salutis recreas
e largus auxilii : tuum
lote pa tâ, laudibus,
ex magne, nomen efferam.

PSAL. XIV. Dixit insipiens, &c.

Psalmus decimus quartus continet doctrinam & querimoniam de hominum impiorum peccatis & plagiis, quorum originem constituit Epicuream securitatem & contemtum Dei. Probat deinde, & id quidem Dei ipsius, cor inspectoris, testimonio, omnes homines nemine excepto, esse

Carm. genus XI.

Discantus





Altus





Formido sibi credula
Commenta est hominum, quum temerario
Casu fors ferat omnia.

peccato infectos: quo um tamen alii planè contemnant & rideant Deum, & in improbo proposito perseverent; alii autem resipiscentes, ejusdem opem & misereordiam implorent. Illis igitur gravissimas pœnas minatur; his verò consolationem, opem & auxilium, Dei ipsius voce, promittit: Additur in fine votum, quo vir sanctus unice exoptat, ut promissus ille mundi servator tandem veniat, suppliciique vinculis peccati, mortis & inferni, ipse omnibus pro captivis fiat, & ita universi Ecclesiæ libertatem & gaudium restituat.

Tenor.



Bassus





Ergo flagitiis se penitus dedit
Secura impietas Dei:
Nec quisquam ex animo recta sequi studet.

De2 ten plo ſthereo Deus
Ad curas hominum lumina vertent,
Si quis non ſtolidè improbus
Ad cultum revocet pectora numinis,
Omnes 3 in ſcelera omnia
Conjuraſſe putes; fœda, nefaria,
Deteſtandaque perpetrant.
Nec cuiquam eſt ſtudium recta capeſſere:
Nam 4 qui recta capeſſerent?
Quem ſanis aditum conſiliis darent,
Quorum nequitia & ſcelus
Infecere animos, qui populum meum,
Ceu prædam fera devorant.
Nec rerum Dominum mente colunt Deum.
Aſt 5 illos gelido metu
Horror concutiet, juſtitiæ Deus
Quum patronus opem feret
Inſonti; increpitans talibus impios,
Vobis 6 ludibrio fuit
Inſontum pietas, vos inopum pium
Reſiſtis ſtudium, preces,
Spes lentas; trepidas ſollicitudines,
At cui fidit inops Deus
Spes & vota bonos ducet ad excitus.
O 7 ſi mittat opem ſuis
Speratam Deus è rupe Sionis!
Nam quum vincula ruperit,
Exſolvet que ſuos, præſtare libero
Gaudebunt Abrahamidæ,
Et juſtâ placidæ lætitia frement.

PSAL. XV. Domine quis habitabit, &c.

Cum omnibus temporibus homines inveterarint, ut veram pietatem in verbis potiùs quam factis poſitam eſſe exiſtimarit

ix siment, docet hoc Psalmo David, quinam sint veræ & viva Eccleſiæ membra, nimirum qui præ cæteris verâ in Christum fide, pietati, juſtitia innocentiæ, ceteriſque tam primæ quam ſecundæ tabulæ virtutibus ſtudeant, ſidemque ſuam operibus dilectionis, declarent. Ut enim D. Ignatius in Epiſtola ad Magneſios inquit πρέπον ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· καθάπερ καὶ ὑπ' ἐκείνου τὸ ἅγιον καλεῖται, ἀλλὰ τῷ ἁγιάζειν τοῦτο.

Carm. genus VII.

SAnctæ in Sionis templa quis incolet,
Rex magne, tecum? quem ſtatues tuum
Sanctum ſuper montem, ut malorum
Liber agat placidam quietem?
Quem à fraudis expers ſimplicitas juvat,
Urgetque rectum propoſiti tenax:
Nec mente fœvus grata blanda in
Adoculit ſimulare linguam.
Nec ore mendax exitiabiles
Concinat artes: nec mala proximis
Excogitat, nec dulcem amicum
Opprobriis maculat pudendis.
Quin & ſatellitem deſpicit impium,
Deum timentem ſuſpicit & pium:
Tenaxque promiſſi, fidemque
In jocis temerare pactum.
Quis non egenos fœnore perdidit,
Non innocentes munera prodidit,
In monte ſancto, hæc qui pererit:
Perpetua requie fruetur.

PSA. XVI. Conserva me Domine, &c.

Hoc quoque Psalmo gratum Dei misericordiam no[s] exaugurat propriâ dignitate & meritis nitentem implo[rat] Deum, animumque Deo gratum poscit esse; quo tam[en] ubi deest omnium est finem non indagat, promittit[que] Deo laudes, hominibus pia & salubria consilium; ostend[it]

Carm. genus X.

Discantus.







Altus







gentes & impiissimum omnes impios & idolatras, desistant confitentes Unum enim esse verum Deum, summum bonum & omnis boni auctorem & fontem, à quo unice defendatur, regatur, confirmatur, exhilaretur, & ad se convertatur, & cumulatissima lætitiæ & vitæ æternæ abundantia perfundatur. In hac igitur & futura resurrectione Christi vere absolvetur. Ex interpretatione autem Actorum Petri & Pauli, Actor. 2, & 13, repræsentat hic psalmus Davidem virtutem, de resuscitatione & gloria sua suos nunciantem.

Tenor.







Baſſus.







Te 2 servus Dominum libens
Agnosco, & populis prædico, sed tibi
Omni ex parte beato officiis nihil opus est meis,
Ergo 3 illuc animum appuli,
Ut gentem studio prosequerer pio,
Quam tu ex omnibus unam populis sorte recepera.
Ast 4 illi immemores tui
Defecere, novos quisque sibi deos
Effinxêre, colentes animi ludicra somnia.
Horum sanguineas dapes
Non libabo, epulas respuo, nomina
Tactis nunquam admibebo, aut fidei fœdera sanciens
At 5 sortis populum meæ
Defendet Domini perpetuus favor,
Mercedemque laborum cumulatam dabit affatim.
Θ 6 pulchra b agricolatio,
O præclara mei sors patrimonii
Ut florum usdique ridens animum pascita mœnitas!
Immortalis 7 honor Deo
Æterno, monitu cujus ago dies,
Arcanisque per umbram c stimulor pectora motibus
Quicquid 8 molior, aut gero,
Præsentem Dominum conspicor; is mihi
Semper dexter adhæret, stabili ne movear gradu.
Pulsat 9 pectora gaudio
Cor lato trepidum, lingua tuas avet
Laudes promere, corpus tacitè spes bona recreat.
Non 10 nec degere d tartari
Permittes animam sub tenebris meam
Aut ut putre cadaver resolutum in cineres fluat.
Tu rit vitæ reseras viam,
De vultu fluvii lætitiæ tuo
Manant; tu tribuis munificâ gaudia dexterâ.

PSAL.

PSAL. XVII, Exaudi Domine justitiam, &c.

Hoc etiam Hymno vir sanctus & ab hostibus insons & præter meritum afflictus, ad Dei justissimi judicis tribunal confugit, suæque causæ integritatem & innocentiam, Deo ipso teste citato, probat. Ne autem plus justo suis verbis adscribere videatur, divina se vero ductum sequi affirmat; & ut in eo veræ pietatis cursu constanter progredi & perseverare possit, ejusdem ducis gubernationem, & contra hostes patrocinium & protectionem, significantissima pupillæ & alarum imagine, supplex ac ploratu, sicuti etiam sub leonis vel lenæ, & leonum rapidas, tam manifestas, quàm ardestinæ pericula imminentia sibi ab impijs (quibus tinquam flagello & virgâ Deus utitur) splendidæ ecclesiæ refert. Sub finem ejusdem petitionis repetitio est exactam continens descriptionem horribilis impiorum sæculitatis, in solas hujus vitæ bonis positæ, item veræ beatitudinis piorum in veris & sempiternis bonis, illisque a Deo Deo, summo bono, aspectu & omnem plenæ collocata.

Cum. ge nV.

1

Æquus exaudi, bone rector orbis,
Æqua poscentem, tibi qua profundit
Lingua non mendax, cape non iniquâ
Aure querelas.

2

Ad tuum læsus fugio tribunal,
Et fidem appello: mihi a cognitorem
Te peto: oppressos oculis benignis
Adspice ejustos.

3

Sepe per solas tacitæ tenebras
Noctis arcanos mihi cogitatus
Cautus inspecti, trepidoque corda
Turbida motu

Sæpe cru flammis, animum probasti
Casibus duris neque comperisti
Conscium fraudis scelerumque sonti
Sæva minantem.
Os 4 sit concors animo, sonusque
Sensui, lingua monitis tuarum
Pectus innixum scelerique impiosque
Horrulit ausus.
Sta 5 viâ gressus regere tuorum
Orbitam legum, dubio vacillent
Ne pedes lapsu, instabilesque turbet
Lubrica plantas.
Te 6 voco duris adsperne periclis
Sæpe tectam fugio: precantis
Admove aures tamen miseris benignus
Questibus laurem.
Tu 7 benus fulcit tibi contumacis
Spemque commit unt, tibi contumacis
Spiritus cordis tetricus refrœna
Vindice extra.
Me 8 velut pupillam oculi tuearis
Providus muni procul impiorum
Impetu alatum trepidus tuarum
Conde sub umbra.
Nam 9 mex vi e manus impiorum
Imminet: io vallant opibus, superbis
Intonant linguis, mala dira sæva
Voce minantur.
Obsident 11 cunct saditus viarum.
Commoda observant loca, destinantque
Ad meam cædem, latus insuque patrant
Mentibus absens.
Qualis 12 in predam leo fertur iâ
Ingravidus, qualis catulus leonis
Lucis depulsus speculator alto
Latitat antro.

Surge

Surge 13. cona us, p ter, anteverte
Impios. ſtratoque in humum tyr nno,
Me tuoque furit ille ſ vus,
Eripe ferro.
Neu 14 ſine ut me vi premat d impotentum
D vitum faſtus, quibus una cura eſt.
Dum licet blande illecebras caducas
Carpere vitæ
His opes terris penitus reſoſſiis
De penu fundis locup ete, e ventri
Suffitis fruges, ſ hilaraſque multâ
Prole penates.
Pu itus 15 vitæ mihi te g tuſti
Corporis vinclis tribuet ſ luto,
Illa lux verè faciet me ab omni
Parte beat m.
Lux voluptatum cumulata cunctis
Gaud i, quum ſe ſine nube menti
Pura maj eſtas dabit intuend m
Lumine puro,

PSAL XVIij. Diligam te Domine, &c.

Arcuratum, ſplendidam & plè rhetoricam gratiarum actionem continet Pſalmus xviij. In quo primum congerie quâdam metaphorarum utens, Deum compellat, ſimulque ſe ſtatuit, certò ſibi eo exaudiri, Porro ut beneficium liberationis Divinæ ſibi luſtratus commemorat initio poenitentiæ, à quibus præcunte invocatione Dei ſit creditus. Deinde vindictam quidam verborum & figurarum grandiloquentia exaltatam ſuis precibus, in hoſtes ſuos, tam Dei, & in exaudiendo celeritatem & promptitudinem, inque ſublimi aſcendo ardorem & omnipotentiam, tum fulgure nebulosum, grandinis, fulgurum, ſalmitarum, & terræmotus deſcribit: gloriatur etiam de ſua integritate, & conſilio cum innocentia, quibus

faſtum

ctum ostendit, ut tandem bona causa triumpharet: mala autem extremè periclitarentur & succumberent, additâ declarandâ utilissimâ quilis quisque sit, talem quoque Deum erga se experiri. Postea per epimonen, magnitudinem & multitudinem divinorum in se beneficiorum enumerat et amplificat. Denique fortitudinem suam bellicam, & imperatorias virtutes omnes uni acceptas refert; eumque sibi propitium & hostibus iratum declarat. Proinde Deum laudat, eique gratias immortales agit, & se cives quoque suos & gentes ad ejusdem laudes & celebrationem nomini suo promittit.

Carm. genus I.

1 TE, 2 Deus alme, colam, te toto pectore amabo,
Sancte 3 parens, mea vis, mea sola potentia, turris
Præsidium, spes, & rebus solamen in arctis.
Tu clipeus, tutela mihi, tu certa salutis
Anchora, tu statio tuti placidissima portus.
Nam 4 simul atque tuas in laudes ora resolvo
Te venerans, pacemque petens, inimica facessunt
Arma; 5 solus, placidisque comes pax advolat alis.
Jam 6 mel ille feris mors circumvolverat atra
Gallibus, obsessum jam me a torrentibus orcus
Impediebat 6 aquis, stygia jam compede vinctus
Herebam, laqueoque pedem retinente tenebar;
Hic 7 ego depressus, supplex que humili que vovi
Voce Deum, & dubiis clamavi ad sidera rebus.
Ille super solio residens flammantis *b* olympi
Audiit orantem, postquam pervenit in altum
Clamor, & attentas advertit quæstibus aures.
Protinus 8 è vultu Domini conterrita tellus
Intremuit, montesque cava compage soluti
Nutarunt, penitusque imis fremuere cavernis.
Fumea[illegible]tus de naribus æstus anhelo-

Undique

Ardebat circumdæ contorto vertice flammæ
Ore fluunt, vivaque animant attracta favilla,
Utque 10 suum Dominum terræ demittat in orbem
Leniter incl nat jussum fastigia cœlo,
Sub quodunt pedibus e fuscæ caligi is umbræ.
Ille 11 vehit curru velucri, cui flammeus ales,
Lora tenens levibus ventorum adremigat alis,
Se 12 circumg fuvo nebularum involvit amictu,
Intenditque cavis piceas in nubibus undas:
Acribus 13 ex oculis e vibratæ spicula flammæ
Dicuntur tristes clar fulgore tenebras
Indi ruit crepita s lapidoso grandinis imber,
Diffu fantque vage sinuo a volumina flammæ.
At vero 14 ut sancto serm ne silen ia rupit.
Post inus horrifico tonitru cælum omne remugit,
Grandinis & creb a tellus crep tante procella
Pulsa tuit, ruptisque micant è nubi us ignes;
Flammi feraq; 15 volant magnũ per k inane sagitte
Fulguraq 16 ingeminant latticum concussa lacunas
Pandit a hians t llus & f ntibus ora relaxat
Su cuti usque pavens & fundamenta revelat,
Et reseat a chaos, Æterni fic v x tonatoris,
Si formidandæ gravè spir tus inf emit iræ.
Ille 17 salu iferam porr xit ab æthere dextram,
Et me de rapidis pereuntem tustulit undis;
Hostibus 18 er puit validis, & acerba potentum
Im me odia elusi, 19 quum me studi sa nocendi
Temporibus duris occa fraus arte petebat
Auxilium 20 tulit, & rebus patefecit in arctis
Lætum ter electu que à morte reduxit amicum:
Scilicet 21 immu em sceleris mentemque manumq;
Adspexit Deus & merito digna us honore est.
Quippe 22 nec impietas, nec pravi credulus error
Avertere meos recto de tramite gressus,
Ante 23 oculos mihi lex Domini, mihi justa verendæ

Semper

Semper erant animo præsentia: 24 simplice vero
Gaudeb m fraudsque illo sub tecto: voluntas
Libera, flagitium, & scelerum vita verata tes.
Ergo, 25 mihi intege fructum hunc decerpere vita
Munificus dedit & qui conspicit omnia, justus
Arbiter innocuam cumulavit mu ere vitam.
Quisque 26 suis sibi te consormat moribus: erga
Inn cuum innocuus, te se tit amicus amicum,
Inque 27 bonos es. malè cautas cautior ertes
Artibus eludis, 28 duro in discrimine servas
Res humilis populi a ictis oculisque superbos
Dejicis elati fastus, 29 tu pieb s ab imæ
Cœtibus ereptum celebri me in luce reponis,
Illustasque meas claro splendore tenebras;
Te 30 duce per rumpo q flo entis are phalanges:
Altaque tur igeri supero fastigia mari.
Scilic t 31 ut sanctus Deus est sua si na sequutis,
Sancta salutiferæ pandit compendia vitæ,
Illius æ erno quicunque e fluxit ab ore
Serm repurg to fl mmi sincerior su o est,
Ille suo clypeo fidâ spe pectora fulta
Protegit: adversisque vetat sue umbere rebus.
Dicite 32, qui colitis picti ludibria trunci
Aut bur in varias aut saxa excisa figuras,
Ecqui's in æthereo rerum i od ratur olym o
Frœna alius Dominus? quis terra temperat orbem
Alter & invicta, quæ vult facit omnia dextra?
Ille 33 Deus viva mihi vi cor bor tartus,
Ostenditque viam maculosâ labe carentem.
Me 34 pedibus fecit celeri conte dere cervo,
Et procul à sævis subduxit in alta periclis.
Et 35 tractare manu duro in discrimine belli
Arma dedit facili; so idoque ex ære rigentem
Flectere, & inflexum confringere viribus arcum,
Ille 36 salutiferi totum munimine scuti

Mi

Me tegit, & dextrâ nutantem fulcit, & auget
Largus opis: 37 perque insidiis & obsessa viarum
Pandit iter tutum prohibetque per invia plantas
Offendi titubare gradu. 38 Te persequor hostes
Auspice: i jectos comprendo, nec ante revertor
Quam cecidêre animi fractâ virtute minantes,
Affligique 39 queant pedibus, ne surgere possint
Rursus & antiquos armis reparare ruinas.
Tu 40 mihi dum lumbis vivum præmembra vigorem,
Et valid os crudo distendis robore nervos,
Tu 41 bellare doces, tumefiquicunque resistit,
Sterni humi, & repidosque fuga mihi dicis hostes,
Clamantes nemo exaudit 42 Domini pr ce poscunt
Auxilium, aversam negat impl ntibus aurem.
Hos 43 ego, ceu versat Boreæ violentia nubem
Pulverean, impello, & turbi tis fe vidus insto,
Et pedibus premo, ceu cœnum de forme lutosis
Conteritur triviis. 44 Tu me sine nomine plebis
Contemtu eleptu populos frænare superbos
Imperio facis. 45 & f mulas mihi tendere dextras
Per longinqua jubes ignotas oppi a gentes,
Attonitas fame novit, & nomine tantùm
Audito: 46 & blandi verba allentantia linguis
Fingunt, nec tutis sistaudent credere muris.
Laus 47 honor, im e ium dom no, qui robore cinctâ
Me tegit, incolume mi e ripit de morte propinqua.
Qui 48 mihi perfidi m sc le ram ultricibu armis
Frangere dat, populosque facit e pere volentes,
Securumque 49 vetat belli trepidare tumultus
Qui mihi præsidio est, populi quum fevarebellis
Ir furit me tisque malæsed ratur tundit
Consilia. 50 Ergo feram l tè tua facta per urbes
Finitimas, semperque meo celebrabere cantu,
Sancte parens, regem 51 qui dura per omnia tutum
Esse jubes, cumulasque opibus splenoque favore

Ipsum

Ipsum, & perpetuum sobolem amplectaris in ævum.

PSAL. XIX. Cœli enarrant gloriam, &c.

Paraphrasis hæc Psalmi XIX. *alloquitur homines Epicuros, Dei omnipotentiam & providentiam negantes, eosque deducit ad contemplationem cœli, stellarum, noctis, tenebræ, & vicissitudinis dierum ac mensium. Præcipuè autem facit mentionem Solis cujus pulchritudine incomparabili, celeritate incredibili, effectibus plenè admirandis omnes etiam gentes, quantumvis barbaras, convincit, ut certò statuere cogantur, esse aliquem horum omnium effectorem & conservatorem Deum. Ne tamen hanc omnibus communem Dei notitiam sufficere quis ad veram pietatem arbitretur: adjungit Propheta regius celebratione Legis, seu doctrinæ divinitus patefactæ, hanc aliam multoque illustriorem in tenebris lucem esse, non nimiquè insuper voluntatis erga nos divinæ hominibus revelatæ. Et igitur summo se studio obedire, & expectationem præmiis promissis, ad eam omnes actiones suas conformare. Hanc tamen obedientiam magis inchoatam quàm perfectam esse, cum nemo omnium hominum magnitudinem & multitudinem delictorum suorum animadvertere, nedum sentire possit. Idcirco ad Dei misericordiam confugit, petitque sibi etiam incognitos lapsus condonari & imprimis eximiam animo Pharisaicam illam superbiam, simulatâ piet is & sanctimoniæ persuasione mirificè se efferentem, ut sic à maximis animæ periculis liber omnia sua dicta, facta & cogitata Deo salutari suo probare, ipsius Dei auxilio fossi.*

Carm. genus VI.

INsanientis ægens sapientiæ
Addicta mentem erroribus impiis,
Tot luce flammarum coruscum

Cernis

Cerno oculis animoque cœlum.
Hinc disce prudens quam fuit artifex
Qui templa olympi *b* fornice flammeo
Suspendit & terræ capacem
Et sic pelagi sinuavit arcum.
Dies ȝ tenebras & tenebræ diem
Semper prementes perpetuâ vice,
Non *c* fortuito res caducas
Ire monet per inane lapsu,
Sed tota concors fabrica personat
Dei tuentis cuncta potentiam,
Non ȝ voce, quæ paucorum ad aures
Perveniat strepitu maligno.
Nam ȝ nec remotis barbara finibus
Gens ulla terras incolit ultimas,
Quæ nesciat certa meantis
Lege polistabilem tenorem.
Quis nocte clarâ lumine flammeo
Sese micantes non stupeat globos *b*
Aut *b* manè castris prodeuntem
Quum rutilo videt axe solem *b*
Et ille cois flactibus exserit
Vultus decoros, sponsus uti novus
Auro refulgens gemmeaque
Tempora conspicuus coronâ:
Seu quum fugacem præcipitans diem
Curru citato tempora dividit,
Artusque viresque impetumque
Gestiens ut fidelis gigans.
Abusque ȝ eoo cardine ad ultimam
Lustra occidentis sidera permeans
Obliqua, vitali calore
Cuncta creatque fovetque alitque.
Et hoc ordo rerum & conspicuus decor
Cœlestis tuentum lumina detinent,

Divina

Divina ut aresnis habenis
Lex animos à honesta flectit.
Promissa 9 fraudis nescia labris
Splendore vel pectora roborant.
Hæc lectitur culpa æquitate, ut
Pœna juvet recreatque damnum.
Puro teeludun lumine lumina
Præcepta, 10 puro tui gloriet
Veremia cultu, quam in cæcis annis
Cunctis domans minuit vetustas.
Decreta fas & conscia veritas
Adsit nis tabel is servet abenei.
Jucundiora 11 mille, & auro
Et nitidis pottora gemmis.
Signata 12 clustris pectoribus timi
Servus tuetur / jugiter hæc tuus
Non inscius ust dientem
Quam maneat numero à mercede.
Errata 13 mentis quis memor nit vage?
Quæ de recondit vis sapientiæ?
Ergo repurga quis refudit
Clam maculas & sinuosus error;
Fac 14 regna cordis sere tibi vindicet
Vis imperantis dira superbæ.
Sic me malorum à cæ maximorum
Compedibus facile expliabi.
Qui 15 lingua fundet verba, quod in sinu
Secum volutet mens tacito, accipe
Placatus, O nostræ salutis
Arx, Dominus, Deus, & redemptor.

PSAL. XX Exaudiat te Dominus, &c.

Præfiguratio, seu vaticinium est hoc carmen quo populi regem sicut, Jerusalem orat, & obsecrat, ut bibus exper-

nem ſæpe ita proſequitur, itque ſua cum propoſito conſirmat, optans ut Deus ei ad ſit, cum ex uidet, defendat, corroboret, ornetque actiones & conſilia ipſius ſorte et, quotiquidem ita rem cum poſtem ſtare videt. Ita rogatum ſe uictoria nihil dubitans, ſi vera, certè regem ita ſuum & triumphantem ad Patris ædium, atque non armorum aut curruum multitudine, non ſecuritate ipſi conſtituta potentâ, ſed præſidio ipſius Dei. Proinde de ſe deque victoria, certè iam ſecura agentibus Deo agit.

Carmen genus, II.

Quæcunque licet ferro latè populetur & igne
Inſana gentis barbaræ crudelitas,
Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.
Nunc ator orbis audiet preces tuas
Utque bonus dubiis ſæpe ſolet ad ſidera rebus
Cum voce palmas protendere tremens exaudiit:
Annuit oranti, & te majeſtate verendi
Nominis, ab hoſtis ſolitem tueatur.
Ex arcano ſacro arcanus tibi viribus auxilium
Firmabit, animum de Sione fulciet,
Vota ſecundabit, memori tua munera mente
Servabit: omnis perlibabit victima.
Protinus in cineres depaſta holocauſta reſolvet:
In aſtra volvens flamma lucem ſplendidam.
Ille ſi deriſerit cœptis caſuſque in proſpera vertet,
Eventa ſint omnia ex ſententia
Cum ſibi plaudemus reduci auctoremque ſalutis
Patrium ante ſuum patrio ritu Deum.
Cuncta Deo grates ſonabunt, templa ſonabunt
Non eque ſanctum perſequentur laudibus.
Annuit ille precibus quodcunque rogabitur ore,
Et tumque præcipuè votum juſta dabit.
Quam ſuſcepta (ſecuta) ſpes animum mihi decipit omen)

Regem

Regem reducet ſoſpitem Dominus ſuum?
Mittet opem, ſancti reſeranſ ſacraria cœli,
Et præpotenti protegetre dexterâ.
Gloria ſi ſit Syriæ turmas numerare curules,
Axeſque *b* curvis aſperare falcibus,
Fidat equis, lateque vagis diſſurſet habenis
Sonante Perſes arva findens ungulâ,
Hi currus & equos jactent, nos rebus in arctis,
Dei potentis nomen invocabimus.
Illis *9* nec curras, nec vis præſtabit equorum,
Ne ſpindat unctis victur arcus ungulibus.
Noshumiles favor æthereus pe truſque jacentes
Tollet ſuoque faſtigabit numine.
Tu Rex ſervator opem fer, tu ſi reſpicis, arma
Nec facit curamus, nec timemus e hoſtica.
Reſpicies populi jure ſui Rex optimus omni
Vocatushoſa facilis audiet preces.

PSAL. Xxj. Domine in virtute tua, &c.

Regi ſuo, quem priori Pſalmo proſequebantur, hâc xxj fideles ſubditi gratulantur de partâ, Dei auſpicijs victoriâ, ejuſque gaudium ipſi qui que ſolide gaudent, & enumerant ordine beneficia Dei, quibus abunde cumulatum regem ſolus Dei præſidio, non propriis viribus niterentem. Enumerant & pœnas ſuis graviſſimas, quibus impii ſui conſilijs & machinationibus, Deo neglecto, confidentes ſunt affligendi. Subjidem epiphonemata inſigit Deum appellat & ad vindictam excitat, ſuque illius beneficentiæ memores & gratum fore promittit. Alij hunc Pſalmum ad immortalitatem & victoriam Chriſti pie referunt, Chriſtiq; hoſtibus ponam prædicti non incongruè aſſerunt.

Carm. genus Iij.

QUod è hoſte victo Rex triumphat gaudio,
Curis ſolutus anxijs

ibi id fatetur Rex beate cælitum,
Debere: tu laboribus
ues frendis, tu dedisti è prælio
Redire duro sospitem.
uilam 3 repulsam, voce quum te supplice
Rogaret, unquam ad huc tulit:
il nil tebris pectoris reconditis
Spe concupivit irrita:
t 4 vota supra & ante vota hunc omnibus
Vitæ beasti commodis,
mmi coronam ferre & auro splendidam
Sacro dedisti Vertici.
itam 5 popoſcit, mortis illi est addita
Immensa longitudo.
u 6 claritatis auctor illi es, inclyta
Per te refulget gloria
icitatis 7 ei favor de sit tuus
Exemplar ut sit posteris,
enſura a voti ut matribus sit, quum bene
Etiam is precantur liberis.
u 8 nempe spes & anchora es fiduciæ
Tu portus in rebus malis.
etectus uno firmus omnem perferet
Sortis procellam turbidæ.
u 9 perduelles comprehendes, tu manu
Pœnas reposces ivindice,
eu 10 flamma clausis æstuans fornacibus
Antiquæ silvæ brachia
orat 5 furoris sic tui nefarios
Afflatus hostes hauriet:
i 11 stirpe totam demetes propaginem,
Semenque gentis impiæ
e 12 namque contrâ moliuntur abditam
Fraudem sceleusque perfidi:
i mente prava vota versant irrita,

Et

Et spes inanes convoquunt.
Te 13 persequente, pallidi in fugam ruent,
In honesta e tergo vulnera
Ferent: in ora fata dum vitant fugâ,
Rursus sagittas dirige.
O 14 qui potenti frœna rerum dexterâ
Versas perenn s arbiter,
Exsurge v res fac tuas ut hostium
Agnoscat nsolentia;
Tum re piorum turba festis cantibus
Orbis paren em concinet.
Votis tuorum suppli um placabi em,
Ma isque formidabilem.

PSAL. Xxij. Deus Deus meus respice, &c.

Rex & Propheta sanctissimus divini Spiritus instinctu 1040 *animo antè præviderat, quæ & quanta passurus esset mundi Servator pro salute generis humani, hoc Psalmo Christum inducit, ita ac veterè & singillatim de suis tormentis conquerentem, ut David non tam vetera hominum parte, quàm occultatus evangelicæque testis fuisse videri possit. Eadem enim verbis, quibus ille in cruce multis post seculis usus est, statim in principio utitur, cæpta se à Deo deseri, se frustra clamare. Instituit deinde collationem, quâ ostendat, sanctos illos Patres multò fuisse se feliciores, qui votorum suorum facti sint compotes, cum ipse improborum ludibriis & sævissimis ex cruce deseratur. Fide tamen animosâ tandem se erigit, proximumque beneficiorum recordatione petit, se deinceps quæque non planè negligi. Deinde hostium suorum potentiam & immanitatem, suique periculi & cruciatuum magnitudinem & multitudinem amplificat, Deique auxilium confidenter implorat, & beneficiorum acceptorum celebrationem, veræque pietatis officia, illi non solum promittit, verùm etiam conversa ad populum oratione omnes ad De-*

laudes

ludes & p cdi ationem n vitat : multa etiim de regno Christi, de fr ctu pr pagat Evngeli, de Ecclesia ex Judeis & gentilus, div tiuus & p upe ibus præ e tibus, & posteris c llegendi, vaticinatur, quæ eventus postea manifesto comprobavit.

Carm. genus Iij.

CUr 2 me relinquis O Deus meus
Cur me relinquis? irrita
Heu verba fundo, luce 3 eu terras d es
Retegi, vocantem me dies
Frustra intuetur: sive nox silentibus
Terram tenebris ob uit;
Nox me vocant m nulla non audit, meo
Nox nulla questu non sonat
Tu 4 sanctas ille e civitatis incola es
Sancte, Haci nepotibus
Tu carmen es: tu 5 fida spes m joribus
Nost is, salutem qui suam
Tibi credidere, à te s lutis comp tes
Abiere & salvi grat as
Egre du is qui tuam d malis opem
Petiere: qui tu m in fidem
Se dedire, non tul re dedecu,
Non hostium lodibria.
At 7 vermis ego sum, non homo: sum fabula
Vulgi, infimorum opprobrium.
Nam 8 turba nostr s obvia illudit malis:
Nutatque, b ni atque, & caput
Motat, labella exporrigit: 9 ludibria
Verbis acerbat asperis,
En i le Domi o carus, en fiduciâ
Secu us ille numinis:
Nunc servet illum, nunc periclis eruat,

Quem

Quem tanto amore amplectitur.
O Io Domine, tu me proti us susceperas
Alvo parentis editum,
De te pependi spe parentis pendulus
Infans ad huc ad ubera.
A busque 11 partu tu Deus meus, tuus
Ex matris alvo me favor
Est prosequutus 12 ultimo in discrimine
Jam ne recede longiùs.
Discrimen instat ultimum: mortis metu
Cessere amici territi:
Tauri 13 c efferati tauri obesi me undiqe
Circum de ere, 14 faucibus
Hiant, leonum more rugientium,
Quos incitat spes & fames.
Rivi 15 cruoris corpus omne perluunt
Exsangue: laxat artuum
Compago nexus, pectus intra d liquitur,
Ut sole cera, cor metu.
Exa uere 16 testæ ad instar coctilis
e Dessecta membra viribus.
Rigens adhæsit lingua siccis faucibus.
Jam sepulcri ad aggerem.
Me 17 rabidi ab omni parte latratu cane
Urgent petu tque dentibus.
Mihi p ssimorum seva conspiratio
Manusque fodit & pedes,
Et 18 osse numer nt, ossa f trasucentia
Per corporis tensi cutem.
Tormenta p stquam cuncta consumsit furor
Animus adhuc irâ tumens
Sep scit, oculos satiat & fruitur meis
Let s in malis spectaculo.
Partiti 19 amictus sunt meos tunicæ meæ
Fecere sortes arbitras

Tu

Tu 20 Domine ſaltem ne recede, ne malis
In ultimis me deſere.
Tu rebur unus, tu mea es potentia.
Accurre, teſtinus meæ
Occurre vitæ: 21 deſtitutum ab omnibus
Defende: 21 ſævorum hoſtium
Ferrum eruentum pelle vim rabidam canum
Inhibe: 22 leonum ſpumeos
Compeſce rictus: cornua unicornium
Contringe, ſerva ſupplicem,
Cum morte 23 victâ ſoſpes auxilio tuo,
Narrabo fratribus tuum
Omen piorum prædicabo cœtibus
Robur, fidem, conſtantiam,
24 mente purâ qui Deum colitis, Deum
Laudate puris cantibus:
Omen Iacobi, magnitudinem Dei
Celebrate feſtis laudibus:
Ga fideles Numinis clementiam
Agnoſce proles Iſaci:
Non 25 ſprevit inopis illæ ſolitudinem,
Non pauperum faſtidio
Vertit ora: me vocantem exaudiit,
Vitæque dulci reddidit.
Ego, 26 per oras ultimas mundi tuas
Sonabo laudes: gentibus
Ego prædicabo, vota te timentium
Præſente ſalvum Eccleſiâ:
Sed 27 modeſta turba fraudis neſciæ
Vocata ſacras ad dapes,
Quidquid ſuncta, ac ſatura dulci nectare,
Laudabit auctorem Deum:
Cum ſonabit, qui vigore flammeo
Intima corda ſe querentium
Tantus inſert, mortis ut procul metu

Perennè viva[illegible]a deant.
Ergo 28 excitata tam novo ſpectaculo
Tellus aboris ultimis,
Quicunque colitur, colla ſub Domini jugum
Submittet, illi ſervient,
Proſtraque Domino ſupplicabunt omnium
Omnes familiæ gentium.
Nam 29 ſempiterno jure Domino competit
Regnum triformis machinæ:
Ille univerſis imperabit gentibus.
Rerum 30 potentes illius
Menſæ accubabunt, & ſacri convivii
Dapibus referti ſub jugum
Cedent volentes, flectet illi poplitem
Pauper ſepulcri in limine,
Qui membra fœſſis artubus languentia
Fugiente vitâ vix trahit.
Illumque 31 longâ poſteri propagine
Colent, ſuiſque poſteris

Cætus generationis.

Diſcantus.







Per longa deinceps nunciabunt sæcula
In me favorem numinis.
Hoc 32 semen illi serviet, gens illius
In posterum hæc censebitur.

PSAL. XXIII. Dominus regit me &c.

Enumerationem divinorum beneficiorum hic Psalmus continet, sub duplici allegoriâ, quarum prima à pastore et ovículâ, altera à convivio opiparo, ducta est. In prima Deum pastorem, se verò ovem facit, quæ à beneficentissimo illo animarum pastore, salubberrimo cœlestis doctrinæ pabulo, & impidissimis verbi divini aculis alatur & recreetur: quæ ab eodem in viam, si quandoque aberraverit, reducatur: quæ in omnibus periculis, calamitatibus & morte ipsâ ejusdem præsidio tuta sit. In altera Deum convivatorem facit, se verò convivam; qui lautissimis panis illius cœlestis epulis alatur: qui vino illo Legis divinæ peccatorum vulneribus insuso emendetur: qui Evangelii & Spiritus sancti oleo iisdem instillato sanetur, qui denique omnibus tam præsentis quàm æternæ vitæ commodis & gaudiis abundè cumuletur.

Tenor.



Altus.

Quid frustra insidiis me petit iste canes?



Livor propositum cur premis improbum?



Sicut pastor ovem, me Dominus regit:



Nil decrit penitus mihi,



Nil decrit penitus mihi.

Per 2 campi viridis mitia pabula
Quæ veris teneri pingit amœnitas
Nunc pascor placide, nunc saturum latus
Fessus molliter explico.
Pure rivus aquæ leniter adstrepens
Membris restituit robora languidis,
Et blando recreat fomite spiritus
Solis sub face torrida.
Saltus 3 quum peteret mens vaga devios,
Errorum teneras ille cebras sequens,
Retraxit miserans denuò me bonus
Pastor justitiæ in viam.

Tassus.



Quid frustra rabidi me petitis canes?



Livor propositum cur premis improbum?



Sicut pastor ovem, me Dominus regit:



Nil deerit penitus mihi.



Nil deerit penitus mihi,

Nec, si per a trepidas lustifica manu
Intentet tenebras mors mihi vulnera,
Formido ducere pergere: me *b* pedo
Securum facies tuo.
Tu mensas epulis accumulas, metum
Tu plenis pateris fusficis: & caput
Unguento exhilaras, conficit æmulos,
Dum spectat dolor anxius.
Me 6 nunquam bonitas destituet tua,
Profususque bonis proprio favor:
Et non solicitæ longa domûs tuæ
Vitæ tempora transigam.

PSAL. XXIV. Domini est terra, &c.

Psalmo vicesimo quarto David spiritu divino inflammatus, contemplans animo domum Domini, & Salomoni filio suo ædificandam, in qua arca fœderis conquiesceret, toto pectore exultat, tantumque hoc Dei beneficium celebrat, qui licet creator & dominus sit totius rerum universitatis: tamen præ omnibus aliis gentibus se posteritati Israelis patefecerit; eam ad veram sui agnitionem, & hæreditatem regni cælestis invitârit; ejusque regionem, unicam veræ Ecclesiæ sedem suumque quasi domicilium esse voluerit. Mox etiam per dialogismum docet: quanam sint membra veræ Ecclesiæ & regni Christi, & per acclamationem mirantem, quasi adventante jam arcâ illâ, divinis miraculis conspicuâ portas latè pandi, & regem Ecclesiæ Christum recipi jubet, in cujus encomio bis repetito, hymnum hunc concludit.

Carm. genus II.

Tota 1 quidem Domini terra est, & quicquid ubique
Vel parca celat, vel benigna sufficit:
Quique colunt montesque feros, camposque feraces
Urbesque sanctis temperatas legibus.
Ille 2 super pelagus solidum connexuit orbem,
Stabilis ut undas inter instabiles foret,
Et toties rapidis pulsatus fluctibus, omnes
Compage firmâ sustineret impetus.
Cuncta 3 igitur Domini meritò sunt sed tamen unam
Sedem sibi ille dedicavit propriam.
Et quis eò scandet? cuive hæc permissa potestas
Loco ut beatum sistat in sancto gradum?
Cui 4 manus & mens est insons, nec vana volutat
Animo nec ulli damna periurus dedit.

Hæc

Huic 5 Dominus donabit opes: hunc numine dextro
A vi procacique eruet calumnia.
Hæc ó vera est pietas, hâc itur ad æthera, veri
Sic intueri numinis vultum licet.
Eia 7 adi us reserate, fores age pandite portæ,
Portæ perennes sempiternæ regiæ:
Claustra revellite, limina pandite, magnus ut intret
Rex ille, multâ clarus ille gloriâ?
Quis 8 novus hic sanctis succedit sedibus hospes?
Quis iste multâ est inclytus rex gloriâ?
Ille potens latè Dominus dextraque opibusque,
Belloque multâ nobilis victoriâ.
Eia 9 aditus reserate fores age pandite portæ,
Portæ perennes sempiternæ regiæ:
Claustra revellite, limina pandite, magnus ut intret
Rex ille multâ clarus ille gloriâ.
Quis ío novus hic sanctis succedit sedibus hospes?
Quis iste multâ est inclytus rex gloriâ?
Ille potens armis numerisque agmine ductor,
Hic ille multâ est inclytus rex glorâ.

PSAL. XXV. *Ad te Domine levavi, &c.*

Peritâ hâc ode David, ut à Deo doceatur & regatur, atque eb eodem gratuitâ misericordiâ peccata sibi condonentur. Orditur autem à discrimine suæ in unius Dei patrocinio collocatæ fiduciæ, quâ ad orandum compelli se ostendit. Multa præterea de Dei misericordia & veritate, de fel citate verè piorum, de privatis suis doloribus & hostium suorum immanitate, de causæ item suæ bonitate & innocentiâ inserit: donec tandem voto, totius Ecclesiæ salutem Dei commendante, Psalmum concludat.

Carmen genus xxiv.

Discantus.



Altus.















Tenor.



Hic fidat armis, plebe se clientium

Bassus



Hic fidat armis, plebe se clientium



Defendat alter, militumque copiis:



At te creator orbis uno spes mea



Defendat, malisque in rebus unum respicit



Defendat alter, militumque copiis:



At te creator orbis uno spes mea



Defendat, malisque in rebus unum respicit,

Tu 2 sancte genitor effice, insolentibus
Ne spes inanes risui sint hostibus.
Sic 3 me pudore liberabis: nec rubor
Confundet ora cæteris, in te suæ
Qui collocarunt anchoram fiduciæ.
Frustretur illos spes, & irritæ spei
Pudor dolorque torqueat, qui sordium
Amore sese sordibus contaminant,
Bonosque nullâ provocati injuriâ
Vexare gaudent. Mihi 4 per anfractus vagos
Vitæ salebras inter & tenebras iter
Ostende rectum, & 5 erutum sequacibus
Erroris undis, prævio lucis tuæ
Splendore deduc veritatis in viam.
Te nempe abuno pendere sentio Deum
Unum & salutis columen agnosco meæ.
Si 6 torta vitiis fortè morum regula
Deflexit error si refellit lubricus,
Recta illecebris si voluptatis malis
Incauta vitiis se inventa polluit;
Benignitatis, 7 tu tuæ memor tamen,
Et lenitatis (qui parentes mollibus
Prænans habenis usque ab incunabilis
Orbis paternâ es usus indulgentiâ)
Miserere, nostris quod negares moribus,
Tuæ negare non potes clementiæ
Ne 8 denegabis nec precantes bona bonus
Vacuos repelles; nec viam poscentibus
Rectam aberis unquam recti & equi regula.
Tu 9 mitis animi amplecteris modestiam,
Docesque recti & improbi discrimina.
Tu o dux comesque tuta per compendia
Docis carentem fraude mansuetudinem
Peccata bonus & facilis oblivisceris:
Promissa solvis liberali dexterâ;

Minu-

Minuitque pœnas mitis indulgentia:
Fidesque dictis stabilis erga omnes adest,
Qui pacta acri fœderis non negligunt.
Hanc ut nepotum sæcla mansuetudinem
Noscant, tuique nominis sit gloria
Late per omnes fundat orbis angulos,
Ignosce nostris mitis erroribus parens.
Quæ multa inussit agritudo, & impotens
Amor, regique contumax ira & dolor,
Errorque veri non secutus arbiter.
O ter 12 beatum, mente quæ purâ Deum
Veneratur: illi, qualecunque amplectitur
Vitæ institutum dux adest semper Deus,
Rectorque & omnes actiones prosperat
Servus 13 animus auxilio proculmetu
Cunctis fruitur affluenter copiis:
Stirpisque series longa firmabit domum,
Genusque multâ floridum propagine
Opes paternas ad nepotes transferet.
Quin 14 & priorum mentibus mysteria,
Contempta pravis, impiè sapientibus
Occulta, Domini luce proferet suâ,
Et sacro sancti fœderis scientiam
(Quæ sola vitæ dux beatæ & regula est)
Docebit. Ego 15 rex beate cœlitum
Te mente solum quæro: nusquam lumina
Abs te reflecto: tu pedes solos meos
Hostis dolosis erues è retibus.
O sancte 16 custos hominum, amico lumine
In me intuere, & destitutum ab omnibus
Inopemque sanctâ me tuere dexterâ;
Curisque 17 mentem quæ perurunt plurimæ,
Novisque semper differunt doloribus,
Exsolve, pœnis 18 usque & usque immanibus
Exercitato, & obruto laboribus

Ignosce

Ignosce: culpas mitis obliviscere.
Heu 19 quanta vis me factionis impiæ
Per sequitur armis! quanta me crudelitas
In expiato quærit odio perdere!
Tu 20 me periclis libera tu protege
Ejus salutem ab hostium ludibrio.
Omnem salutis qui locavit spem suæ
In te, 21 nec aliis fidit opibus quàm suæ
Integritatique & tuæ clementiæ.
Gens 22 quæ tuarum jussa legum amplectitur,
Fac undequaque tuta sit ope vindice.

Cum. cetu X.

Discantus



Altus



PSAL. XXVI Judica me Domine, &c.

David ab hoſte ſuo crudeli & impio vi externâ & calumniarum teſtimonis divexatus, invocat hoc Pſalmo Dei auxilium: ſummque innocentiam, bonæque conſcientiæ judicium, Dei ipſius, cordium inſpectoris, teſtimonio prædicat; ad cujus unius patrocinium confugit, ſequetotum illius laudibus & miniſterio devotet. Sub finem injuſtam petitionem repetit, hoſtiumque ſceleratorum impietatem, fraudes, crudelitatem, aurique ſatis deſcriptionem, ſuæque innocentiæ & mentis orationem adjungit, ejuſque auctori Deo gratum ſacrificium placetur.

Tenor



Mevi tyrannus perſequitur palam,



Me clàm mali nâ fraude calumnia:

Baſſus.



Me vi tyrannus perſequitur palàm,



Me clàm mali nâ fraude calumnia:



Te, qui tenebras pectoris inſpicis,

Appelle



Appello, rerum conditor optime.



Te qui latebras pectoris inspicis,



Appello, rerum conditor optime.

Mens fraudis expers, & manus innocens,
A vique pura & flagitio, in Deo
Spes fixa, sortis qui vocantiâ
Me fervientis non sinet opprimi.
Renesque 2 flammis & penetralia
Scrutare cordis, cæcaque sensuum
Arcana, fusum ceu calidis focis
Explorat aurum callidus artifex:
Mentem 3 videbis munificentiæ,
Quæ dona nunquam non meminit tuæ:
Actæque leges puriter ad tuæ
Vitæ carentem flexibus orbitam.
Procul 4 facessat, nec socium sibi
Me vana secret lingua: procul domo
Nostrâ recedat, qui didicit suos
Fucare fensus pectore subdolo.
Odi 5 sce estàm concilia, impios
Cœtus veneno pectus abominor:
Quorum resultant pectora gaudio,
Quum perpetrarunt facta nefaria.
Sed 6 mente pravi non sibi conscià,
Lotusque puris fontibus, ad tuas
Aras adibo, lætus & offeram

Lau-



Appello, rerum conditor optime,
Te qui latebras pectoris inspicis,
Appello, rerum conditor optime.
Lætæ chorææ dux tibi victimas.
Te 7 nostra pangent tympana te lyra
Te vox canoro consona tympano,
Lyræque cœtuque in celebri tua
Miranda pandet facta nepotibus.
Tectumque 8 nomen quo canitur tuum,
Idemque numen quo colitur tuum,
Mens ardet: absentem retrahunt tuæ
Quæ templa celant pignora gloriæ.
Hæc 6 ossa tellus ne sine ut obruat
Inter cruentos barbara barbaros,
Qui to fraudulentâ mente coquunt scelus,
Captant avarâ munera dexterâ.
Ego 11 insti tutum carpere tramitem
Pergam innocuæ: tu propriùs meis
Aurem benignus quæstibus admove
Ac me periclis tristibus asserc.
Per 12 plana firmo quod gradior pede,
Quòd recta sector, muneris est tui,
Ego salutis te columen meæ
Cœtu in celebri laudibus efferam.

PSAL. XXVII. Dominus illuminatio, &c.

Psalmo vigesimo septimo hoc præcipuè agit David, ut fiduciæ suæ in uno Deo collocatæ certitudinem testatam faciat, suoque exemplo doceat, in insidiis, periculis, perfidis amicorum, omnibusque rebus adversis, unum idemque interdum hominis undequaque destituti hunc confugium esse. Inserta etiam sunt vota, quibus unicè à Deo petit, ut sit, perpetuoque maneat membrum veræ Ecclesiæ, ubi absolvit hunc totum esse, Deumque, in cujus frequenti celebratione, videndi varies agere possit hic se audinibic regi te & docere posse fatetur, & tandem se ipsum, ut Dei præsidio fretus animum non abjiciat.

Carm. genus II.

DEus meus in tenebris quum mihi præluceat,
Vitamque muniat meam,
Quæ vis aperte terreat me? qui mihi
Fraus cæca sit formidini?
At versus 2 unus mi quum scelesta factio
Cunctas parabit copias,
Dolosa lethoque retenderant meo,
Ipsi incidêre in retia.
Si 3 comminentur castra, si minacibus
Infesta telis agmina,
Securus animi spectator extera, prælia
Timore liber audiam.
Unum 4 expetivi, & usque & usque id expetam,
Cui sit exemplum malis,
Sim sacrosanctæ semper ædis incola,
Augusta mirer atria,
Deoque laudes personem, artus dum regit
Vitalis aure spiritus
Tum 5 me sub umbrâ conditum tentorii

Celabit,

Celabit, & periculis
Procul remotum rupis abrupte velut
In arce positum, muniet:
Ac 6 e relictum nunc quidem impiæ finet
Vi factionis opprimi.
Victorique solvam vota, nec victoriæ
Auctor mihi tacebere.
Audi 7 invocantem supplicem, & fractum malis
Bonus favens que subleva.
Te 8 mens anhelat: vultus ad vultum tuum
Intentus usque resicit!
Ne 9 conde vultus lumen à me amabilis,
Nec me in tenebris desere.
Servum periram né ne opprimi tuum:
b Vitamque quam debet tibi,
Tuere ab hoste, & è periculis eripe,
O spes salutis unica,
Me rogo cari amici, me propinqui, me pater,
Me blanda mater liquerat:
At non reliquit, qui pios in asperis
Non deserit rebus, Deus.
Patens 11 beni gne me vias doce tuas,
Rectáque deduc semitâ:
Ne vis me tuque ab hoste me deterritum
De calle recti detrahat.
Ne 12 me impiorum obnoxium libidini
Relinquas. Testes impii
Fingunt maligne falsa de me crimina,
Armantque se mendaciis.
Mens 13 victa tantis etiam satisceret malis,
Ni spes foveret me tuæ
Benignitatis, post labores anxios
Mox affuturum gaudium
Vivúsque viv sinter ipse commoda
Vitæ beatæ *d* præstolor.

In

In rebus ergo turbidis ne concide,
Sed fortis usque sustine.
Te roborabit Dominus & cor fulciet:
Tu fortis usque sustine.

PSAL. XXVIII. Ad te Domine clamabo, &c.

Cum vidisset Propheta regius, sæpe sibi esse, ut justo

Carm. genus xcv.

Discantus.



Princeps stelliferis altior orbibus,

Altus.



Princeps stelliferis altior orbibus,



Vitæ præsidium & certa salus meæ,



Aurem a supplicijs da facilem meis



Ne fiam sævilis busta petentibus.



Vitæ præsidium & certa salus meæ,

Aurem

Dei judicio pii simul cum impiis supplicio obruerentur; videre quæ sibi in præsentiâ cum malis & fraudulentis hominibus negotium esse sciant Deum, ut eorum contagio non inficiatur, sed ab hujusmodi societate & commercio liberetur, atque ita ipsi sic suorum scelerum justas pœnas luant. Simul etiam quæ & qualia ipsorum peccata sint, & quæ pœnæ ea sint consecutaræ, ostendit. Dei deinde benignitati quâ statu tam prompte exudiatur, gratias agit; ejusque beneficio universam Ecclesiam commendat.

Tenor.



Princeps stelliferis altior orbibus,

Bassus



Princeps stelliferis altior orbibus,



Vitæ præsidium & certa salus meæ,



Aurem supplicibus da facilem meis,



Ne fiam similis busta petentibus.



Vitæ præsidium & certa salus meæ,

Aurem



Aurem a ſuppliciis d facilem meis,



Ne fiam ſimilis buſta petentibus.

Audi 2 vota parens, qui tibi prono
Supplex cum gemitu, brachia porrigens
Ad cœlum tremulis b pervigil ignibus,
Cælum templa tuæ conſcia gloriæ.
Ne 3 me connumera cœtibus impiis,
Neu tanquam ſocium plecte nocentibus:
Quorum blanditiis illita mollibus
Lingua eſt, pectus gelido invida veneno,
Illis 4 quitiæ præmia ſint ſuæ,
Et merces ſtudiis æqua nefariis:
Proſementes legant ſemina peſſimis
Dignum conſiliis ſupplicium ſuis.
Non 5 his conſilii provida vis tui
(qui me conſpicuis tollis honoribus)
Infectâſve manus a ſcelere avocat,
Aut Inſecta odiis pectora mitigat.
Ergo nec ſeries longa propaginis
Florebit, patriæ nec ſoboles opes
Longæva accipiet, ſed celere genus
Clades exitio proruet ac domum.
Laus 6 rerum domino, qui precibus meis
Se non difficilem præbuit, hinc 7 mihi
Vires hinc clypeus rebus in aſperis:
Hinc ſpes auxilium hinc non dubium in malis,
Hinc cor geſtit ovans: carminibus tuas
Laudes 8 ora ſonat: qui populum tuum
In rebus trepidis protegis, & tuum

Regem



Aurem suppliciis da facilem meis,



Nefiam similis busta potentibus.
Regum ex insidiis omnibus eripis.
Custodis 9 populum rex hominum tuum.
Ut bri da hæc soboles largiter omnibus
Vitæ continui fructibus affluat,
Donec perpetuum sol referet diem.

PSAL. XXIX. Afferte Domino filii Dei &c.

Continet hic Psalmus insigne & splendidum encomium majestatis & omnipotentiæ veri Dei, quam in cœlo inquit declarat imbres, tonitrua, fulgura fulgetra; in terris autem terræmotus cataclysmos: in mari procellas æstus tempestates. Hortatur igitur omnes ut sic Deum hunc agnoscant, laudent, celebrent, ipsiusque potentiâ & bonitate freti nullas hostis opes aut copias pertimescant.

Carm. genus XV.

Ceu 1 dives auro es, sive opibus potens,
Seu marte partâ clarus & adoreâ,
Agnosce numen gratus & huc refer
Quæcunque lætum ducis ad exitum.
Huic 2 pange laudes, & prece supplice
Rerum parentem concilia: & Dei
Nutu regentis stelliferam domum
Dignare justis nomen honoribus.
Cujus 3 liquentes vox gravida pluit

De nube rores ; terrifico ciet
Cœlo tumultus cum tonitru, maris
Turbata ventis concitat æquora :
Vox 4 dignitat s plena, nec irritæ
Unquam *b* ad p trandam jussa potentiæ,
Nudare 5 c edris seu libanum juvat,
Celsi sque ventis sternere fraxinos :
Seu 6 vincta saxis f xa revellere,
Notisque montes sedibus erutos
Versare, taurum ut verna per avia
Vexat juventæ læta protervitas.
Ad 7 vocis ictum nubibus exsilit
Elisus 8 ignis : c tesqua Arabum tremunt :
Fœtæ pavescunt : ante 9 diem fluunt
Partus acerbi : *d* robora concidunt.
Quæcunque templo cœlum habet aureo,
Quæcunque c tellus dædala sustinet,
Quæ cclat undis æquor in abditis,
Dei fat ntur cuncta potentiam.
A 10 voce vindex pontus inhorruit,
Undisque montes obruit, arbiter
Æterne rerum, quum libuit tibi
Delere gentes fluctibus impias.
Te 11 dante vires non opibus feros
Horremus hostes, non numero graves :
Te dante pacem, progeniem Isaci
Cornu beabit divite copiâ.

PSAL. XXX. *Exaltabo te Domine &c.*

Psalmo xxx. David à præsentissimo animi & corporis discrimine liberatus, gratias Deo agit, totamque Ecclesiam ad id ipsum faciendum instigat. Deum enim usque adeò benignum & indulgentem esse, ut omnes resipiscentes iram ipsius momentaneam, misericordiam vero perpetuam &

aeternam

ri eam experiantur. Quod ipsum comprobat suo exemplo. Se enim, ait, rebus aliquandò secundis fastum esse secutum & insolentem, ecquit Deum non mediocriter offendisse, & pœnas sibi ipsi & suis accersivisse: ex animo tamen Dei misericordiam implorantem, subitò exauditum se esse, Deumque sibi iterum placatum sensisse. Propterea gratias immortales & celebrationem tantorum beneficiorum sempiternam Deo promittet.

Carm. genus VI.

TE 2 nostra semper carmina, te lyra
Sonabit, orbis conditor oprime:
De faucibus letni imminentis
Incolumis tibi tota reddam.
Per te superbus nec lacrymis meis
Insultat hostis; nec fruitur malis:
Te 3 rebus, incertus salutis,
Auxilium in dubiis poposci.
Per te receptis viribus haurio
Vitalis auræ lumen amabile:
Nec 4 inferûm sub nocte longâ
Et tenebri jaceo sepulcri.
O turb 5 puris dedita ritibus
Sacrisque castis tollite laudibus
Placabilem votis parentem,
Et memori celebrate 6 plectro,
Vanæ scit 6 iræ vindicis impetus
Fulix fugacis more: Dei favor
Bonus manu vitam benignâ
Tristitiæ vacuam rependit.
Si fortè sero vespere fletibus
Vultus rigamur, mox redit aurea
Cum luci risusque, & jacentes
Exhilarans animos voluptas.

Pacis

Pacis 7 b atæ quum frueret bonis.
Mecum loquebar: De ſtabili gradu
Felicitatis nulla ſortis
Me dubiæ quatiet procella,
Te 8 dante vires, divitias, decus,
Te montis inſtar mœnibus æneis
Firma ſte regnum, vanum alebat
Credulitas mihi blandi faſtum.
Tu me relicto ſtultitiæ m æ,
Dextram retraxit retro abiit, domum
Repente turbatam relinquens,
Sors l. vibus malefida pennis.
O 9 præſes orbis, pectore ſupplice
Mox te vocavi,, te lacrymis madens
Opem po poſci. Quid 10 profu ſus
Prof uerit tibi ſanguis? inquam.
Quis mortis uſus noſtræ erit? an tuas
Laudes ſonabunt, factaque poſteris
Miranda muti prædicabunt
Sub gelido cinere, ſepulcro?
Placatus 11 autem da facilem meis
Votis, ſeveros neu querimoniis
Averte vultus: pelle membris
Peſtiferi mala dura morbi.
Tu 12 ſupplicanti protinus admoves
Aurem benignus, pro lacrymis mihi
Riſum reducis; pro dolore
Lætitiamque alacremque plauſum.
Te 13 ſemper ergo carmina, te lyræ
Noſtræ ſonabunt: vox tibi ſerviet
Dicata, præbebitque noſtris
Materiem tua laus camœnis.

PSAL.

PSAL. XXXI. *In te Domine speravi, &c.*

Uti hoc Psalmo possint omnes pii, in angustiis & extremis periculis constituti: accuratè enim et ad vivum afflictiones, anxietates, suspiria et fiduciam hominum sanctorum in Deo collocatam depingit. Initio autem Deum eompellat confugium et præsidium suum, à quo se jam exauditi cupit, & antea quoque exauditum esse confitetur. Addit deinde miserabiles gemitus & querelas de varietate suorum periculorum & miseriarum, deque hostium suorum insolentiæ. Neque tamen in tantis malis frangitur animo, sed Deo confidit ejusque auxilium implorat, & mala hostibus imprecatur, prædicat etiam magnitudinem & multitudinem suorum in se beneficiorum, proque iis Deo gratias agit, & petitionem institutam aliquoties repetit. Sub finem universam quoque Ecclesiam hortatur, ut suo exemplo in maximis quoque periculis animo non deficiat; fore enim ut præsentiam Dei ipsa quoque experiatur.

Carm. genus X.

IN te locavi spem meam,
Rerum creator optime:
Tu benignus prospice,
Ne pei pudescat irrita.
O juste vindex, fraudibus
Ab hostium me vindica:
Audi benignus supplicem:
Da promptus abjecto manum,
Me rupa serva ut inviâ
Clausum, vel arce ahenâ:
Da rupis es mihi invia
Munimen arx ahenea:
Ergo ut timori mentibu

Nomen tuum sit impiis,
Prævia mihi, abditis
Me libera de cassibus.
Tu 6 robures meum tuæ
Commendo vitam dexteræ:
Me libera pacti Deus
Tenax memorque fœderum.
Qui 7 vana stulti somnia
Sectantur, odi pessimè.
Tu certa spes mihi es, meæ
Tu portus es fiduciæ.
Inter 8 labores asperos
Lumen tuæ clementiæ
Fulgens repente turbidum
Pertudit animum gaudio:
Quum 9 me tyrannis impotens
Urgeret hostis impii,
Jam jam imminentis pallidis
Lethi explicasti faucibus.
Miserere 10 fracti tot malis,
Tot obruti doloribus
Caligat oculus, mens stupet:
Mœrore corpus tabuit:
Caduca 11 vita elabitur
Mœrore fracta, & luctibus:
Interque clades aridis
Fluxere vires ossibus.
Me 12 ridet hostis, & meis
Insultat insolens malis:
Horrent propinqui: cæteri
Vitant metu periculi.
Et 13 proximorum mentibus
Obliteror, ceu mortuus.
Contemptior sum civibus,
Quàm lamna testæ fictilis.

Me 14 multitudo opprobriis
Coràm l celli: aſperis :
Vim machinatur in meam
Jurata mortem factio :
Ego 15 interim fiduciâ
Opis tuæ, dolos, minas,
Injurias & hoſtium
Contemno contumelias.
Tu 16 c fila vitæ temperas
Mi'æ, regiſque tempora :
Tu me impiorum libera
Ab hoſtium tyrannide.
Oſtende 17 vultum amabilem
Servo bonus tuo, & favens ;
Et me tuere, quâ ſoles
Semper tuos, clementiâ.
Ne 18 ſit pudori, quòd tuam
Imploro opem : pudor malos
Confundat & ſilentium
Longum ſepulcris ſopiat.
Aſſueta 19 vox mendacio
Sit muta vox procaciter
Solita bonos laceſſere,
Et arroganter ſpernere.
O 20 quanta te colentibus
Et quot redundant commoda !
Quot teſte mundo proſperis
Auges tuos ſucceſſibus !
Hos 21 protegis recónditos
Procul à minis potentium,
Tuaque munis in domo
Linguæ venenо ab impiæ.
Tibi 22 perennis gratia
Sit, rector orbis, qui velut
Munitâ in arce me procul

Periculis ſubmoveras.
23 Ex ſpes, inops ad vitam fugâ
Quum vix tuerer anxiam,
Mecum ipſe dixi, Jam truci
Reliquit hoſti me Deus.
At tu nec in periculis
Oblitus extremis mei,
Aurem benignam ſupplici
Ac invocanti admoveras.
Ergo 24 patrem rerum optimum
Amate candidi & pii,
Qui faſtuoſos deprimit,
Et obſequentes erigit,
Qui 25 ſpem locatis in Deo,
Conſtanter illi fidete,
Nec robur animi concidat
Sortis procellâ turbidæ.

PSAL. XXXII. *Beati quorum remiſſæ, &c.*

Pſalmus hic ſecundus eſt inter eos, qui pœnitentiales uſitatè appellantur. Docet autem, qua in re conſiſtat hominis juſtitia & beatitudo æterna nimirum non in abſolutâ omnibus numeris perfectione, quam in hac naturæ depravatione nemo unquam eſt conſecutus; neque in ejuſdem integritatis hypocriticâ ſimulatione: ſed in gratuitâ Dei miſericordiâ, ingenuâ ei apertâ confeſſione. Oſtendit præterea peccatorum diſſimulationis, & oſtentationis propriæ juſtitiæ incommoda, dolores & morſus conſcientiæ; manumque graviter & perpetuò prementis Dei exhauſtas totius corporis vires: ſuoque & totius Eccleſiæ exemplo admonet, quid tali tempore ſit faciendum, nimirum nihil celandum, ſed omnia peccata detegenda: Deique miſericordiam implorandam eſſe; hujuſque ingenuitatis commoda, videlicet Dei in omnibus periculis præſentiam

sentiam, animique securi, & in Deo gaudentis tranquillitatem recenſet. Inſuper etiam per mimeſin Dominum loquentem inducit, deque ſuâ benevolentiâ piique hujus inſtituti approbatione & gubernatione benignè pollicentem: modò homines non ſint obſtinati, ſed tractabiles: quorum illis graviſſimas pœnas minatur; his verò pacem & vitam promittit; et ſub finem omnes pios, ad veram, in tantâ Dei beneficentiâ lætitiam, inſigni epiphonemate exhortatur.

Carm. genus XV.

O 1 ter beatum, cui patris optimi
Noxas remiſit lethiferas favor,
Cui fœda morum flagitia obruit
Obliviioſo tecta ſilentio!
O 2 ter beatum, cui bonus arbiter
Non imputavit lubrica devia
Errata vitæ, nec reperit dolum
Cæco in receſſu pectoris abditum!
Donec 3 a fovebam ſub tacito ſinu
Morbum, ſolutis languidus oſſibus
Artus trahebam, luctificus dolor
Queſtus ciebat non patiens tegi.
Tu 4 me premebas prævalidâ manu
Infeſtus, atris ſeu tenebris diem
Nox condidiſſet, ſeu roſea dies
Orbem recurrens luce retexerat.
Sic decolorem tabificus cutem
Mœror coquebat: ſic macie dolor
Siccabat artus, meſſis ut Africæ
Cancri per æſtum mitius æreat.
Tum 5 mente verſi vulnera protuli,
Tibi renudavi vitium meum.
Fraudem retexi: tu mihi protinus
Noxæ ſoluto conciliator es.

Qui 6 mentis ergo pura sacraria
Servare quærit, te prece supplice
Placet: nec orbem pontus ut obruat.
Formidet æstus leth feri minas.
Tu 7 me periclis eripis asperis
Tutela præsens: tu mihi gaudia
Toto refundi corpore, ut hostium
Qui vincla fracto carcere depulit.
Nec 8 sat: tenebras pectoris ut fugam,
Inquis: beatæ quâ ferat orbita
Monstrabo vitæ, nec procellæ tuis
Unquam reflectam lumina gressibus.
Multis 9 æqua sque ne simil s modo
Sis, bruta quorum pectora gratiam
Non morum novere, sed ignaris
Fraudis lupatis ervitium ferunt.
Multa 10 obstinatam nequit am manent
Tormenta: juvâ qui Dominum fide,
Orabit, huic pacem & veniam dabit,
Non durus unquam parcere supplici.
Recti 11 tenaces simplicis, & quibus
Est grata fraudum nescia veritas,
Lætante læti numine gaudium.
Et voce vestrum pandite gaudium.

Carm. genus XVII.

Dissimus



PSAL. XXXIII *Exultate justi in Domino, &c.*

Exhortatio ad celebrationem & prædicationem Dei, divinorumque beneficiorum. Psalmo hoc trigesimo tertio continetur quæ quondam statim in principio, sæpius mutatis verbis, iteratur. Deinde celebratur Dei veritas, æquitas, beneficentia, sapientia, & omnipotentia, elucens examinandâ creatione & conservatione omnium rerum: item ex ejusdem justitiâ in fratribus & scelestis improborum virtutibus, & ad voluntatem & nutum suum administrandis omnibus. Postremo in exclamatione beatos prædicat eos, qui hunc unum & verum Deum suum Dominum & patrem animo agnoscant, ideoque curæ sint; & ut simul impietatis & vero pios discernat, respondet in viam veritatis, docet, quod Dei sit cardo gubernaculi, quem nemo æternâ specie possit fallere. Damnat spem fiduciam propriarum virtutum, collocatam vel in prudentiâ regum, vel in copiis militum, vel in robore hominum aut equorum & ostendit, stultum esse Deo resistere, rectum & invictam esse id quod in eo omnibus piis gaudendum & exsultandum esse.

Tenor.



quitatis Hoc carmen decet æmulos.

Altus



Vos quibus pure est amor æquitatis, Læti



Pangite carmine Orbis auctorem Dominum: æ-



quitatis Hoc carmen decet æmulos.

Tinnat, blando *a* chelys hunc susurro,
Hunc vocalia *b* nablia,
Docta cui quinis resonare nervis
Hic artem manus approbet.
Huic 3 novos cantus meditemur: uni
Læti clangite buccinâ.
Nam 4 fidelis dictis rata verbaque est,
Et fatis comes æquitas.
Quippe 5 qui justi est & amator æqui, &
Verifolli rerum scii:
Perque terrarum solum vasta notæ:
Cunctis munificentiæ:
Is 6 suo verbo *d* sinu vit orbem
Luentem nitidi ætheris:
Quicquid & puris radiis serenidet
f Campis ætherisigneis
Littus 7 arctavit maris inquieti,
Compressitque Icentiam,



qu.tatis Hoc carmen d.cet æmulos.

B *ssus,*



Vo- q ibus, uræ eſt amor æquitatis, Læti



Pargi e carmine Orbis auctorem Dominum: æ-



qu tatis Hoc carmen d.cet æmulos.

Et p.nuclauſas ſinus v t u das,
Unde in tempore promeret.
Hunc & occaſus metuunt & ortus
Hunc unum Dominum colat
Quiſquis extremos ubicunque fines
Te.ræ aut æquoris accolit:
Cujus 9 g à nutu vigor interitque,
Quodcunque interit, aut viget:
Cujus ſmmotis tremefacta parent
Cuncta obnoxia legibus.
Qui to malas artes populi profani
Ludit c.llidor ſuis;
Et ſuo injuſtæ ſcelerata turbæ
Fraudat conſilia exitu,
At 11 quod arcanâ ' bi mente rerum
Auctor prop ſuit ſemel
Dum dies & nox referent ſe in orbem
Uſque immobile permanet.

O 12 quater, pluſquam quaterô beatos,
Patronus quibus eſt Deus!
Quos ſibi excepit, propriamque ſortem
Quos dicavoluit ſuam.
Dilpicit 13 mundi paterè beatâ
Cœli ſtellifera domo,
Eque 14 tranquillis ædytis labores
Et cura hominum videt:
Quippe 15 qui cæcos animi receſſus
Humanæ fabricaverit:
Nec quod arcana latet in receſſu
Clauſum pectoris, hunc latet.
Sperat 16 *b* incaſſum numero tyrannus
Se tutum fore militum:
Sperat incaſſum validis lacertis
Se mille ſ fore ſoſpitem:
Eripe 17 ſpem fallit pr eunis Eurus
Bellatoris equi fuga:
At 18 Deus juſtos oculo videtorto
Semper reſpicit & pios;
Mortis 19 ut vertit jacula immitentis,
Diram & ſ viriam ſ mis.
Una 20 ſpes nobis opis hinc ab uno
Certum præſidium malis.
Ille 21 profundet ſibi dicata
Dulci pectora gaudio:
Ille 22 ſilentum ſibi ſpes precesque
Lætum ducet ad exitum.

PSAL. XXXIV. Benedicam Dominum, &c.

Acroſtichis hujus tricſimi quarti Pſalmi primâ ſub pietate gratiarum actionem continetur, in qua initio gratiam confeſſionum meritam Deo pro liberatione ſua, deinde ſuo exemplo & exhortatione ad invocationem ſe beneficiorum, & eos quos ad

di vocationem & gratiarum electorum incitat & invitat. Altera pars præcepta & actiones habet, de vero timore Dei, de pio usu linguæ, de studio concordiæ, de vitæ totius innocentia; quæ virtute & promissorum dulcedine & commendationum divinarum fœvelitate studiose hominibus pii commendat.

Carm. genus I. I.

SEu læta sors me foverit, seu tristior
Vexârit omni tempore
Laudabo Dominum, semper illius meum
Os personabit laudibus.
Mihi 3 hæc voluptas, hoc erit solatium,
Mihi hoc levamen in malis:
Nempe turba tristis exemplo suas
Solabitur molestias.
Tu 4 age te cuncti prosequamur laudibus
Non enque numenque illius.
Ille 5 in periculis me vocantem exaudiit,
Et timque repulit metum.
Qui 6 cuncti ad illum consilia referunt sua,
Læto his nitentes gaudio
Vultus renident, nec repulsæ infamia
Rubore confundet genas
En, 7 pauper iste quum vocaret, omnibus
Hunc eruit periculis.
Domini metuentum castra munit Angelus
Demissus ad custodiam:
Et imminentes arcet hostes, & pios
A vi tuetur impiâ.
Este 9 periculum: jam scietis, quàm Dei
Immensa sit benignitas;
Quam sint beati, spem in illo qui suas
Omnes opesque collocant.

Gens 10 sancta Dominum colite: nil decrit Deum
Fideliter colentibus.
Violentia 11 feritas sentitur famem; bonis
Cuncta affluenter suppetent.
Addeste 12 filii, audite, vobis numinis
Verum timorem ut indicem.
Quicunque 13 curis liberam & longam cupis
Vitam beatus ducere;
Linguæ 14 retrahe vivus, os nefariâ
A fraude purum contine;
Capesse 15 recta curva rita fugere
Tranquilla pacis otia.
Deus 19 innocentes adspicitque & commodat
Intentus aures ad preces:
Torvo 17 ferocientes vultu horret lumine,
Et nomen etiam obliterat
Justum 18 invocantem Dominus audit, omnibus
Eum expedit periculis.
Quum 19 spes labores deserit mortalium,
Afflictus quum molestiis
Succumbit oneri mens, Deus præsens adest,
Malasque curas dirimit.
Justis 20 labores suggerit semper piis
In qua sors, conatibus:
Sed qui bonorum semper est custos Deus,
Sortis retundit spiculum,
Et 21 ossa servat ne terantur, impios
Ulciscitur 22 scelus suum.
Et quisquis hostis est piorum, cum Domo
A stirpe exsus interit.
Animis 23 tuetur se clientium Deus,
Nec ut in demumque deserit.

PSAL.

PSAL. XXXV. Iudica, Domine nocentes, &c.

Hoc Psalmo trigesimo quinto David ab amicis perfidis, calumniosè & insidiosè ad vexatus aliquoties ardentissimum à precatur, ut vocat persecutorum & desertorem Deum: etiam sub inde ab filiis suis precatur: ut quod sint delosi calumniatores, ingrati, a vorem odio bonorum malefici contemptissimi, tandem perfidi, ejecticii, fugitivi, cupidi nocendi. Sibi ipsi autem & omnibus bonis optima quæque ominatur præcipit. & ostat à Deo, cujus benignitate, veritate quasi fiducia innitur, eidemque temporum beneficiorum memoriæ, perpetuamque eorum celebrationem suppetere promittit. Aliqui David in hoc Christi supplicium sustinente adequabilibus suis conqueretur, se suam rectè servare, pièque asseverat. Caveat autem ulusquisquere ipse nocens cupiditate vindictæ, aut pravis animi perturbationibus impulsus, hoc Psalmo in propriam pernitiem temere abutatur.

Carmen genus XII.

Reum 1 sancte opifex ades
Et patrocinio protege meo tuo:
Et retro refer in meos
Hostes pernicie m, quam mihi comparant:
Scutum 2 cum jaculis cape:
Ensem 3 stringe: meis hostibus obviam
Prodi d camimæ meæ,
Secura auxilio nil metuis meo.
Ita 4 vultus pudor hostium
Et turpis subeat dedecoris rubor:
Fœdam corripiant fugam,
Ceu insidias qui mihi præparant,
Ut 5 sævus Boreas levem

Riptat

Raptat præcipiti turbine pulverem,
Sic illos trepidâ fuga
Vindex præcipites urgeat Angelus:
Sit cœno via lubrica
Et cœlum tenebris lurida nox tegat,
Et formidine pallidâ
Vindex præcipites comprimat Angelus:
Nam 7 me fraude molâ suis
Contuti immeritum prendere cassibus,
Et cæcum innocuo scrobem
Effodere suis cassibus hæserunt:
Et 8 factam exitium in meum
Cæci & præcipites in foveam ruant.
Perfus 9 intera mihi
Dulci lætitiâ pectora gestient.
Mens ro fecura periculi
Auctorem Dominum lætitiæ colet;
Et sensus animi indices
Clamabunt, Domino quis similis Deo?
Qui fastus gravis inprobi
Defendet tenues à violentiâ:
Vexanten que opis indigos
Frangit sævitiam vindice dextrâ.
Conjurata 11 calumpnia
In me criminibus sævit atrocibus:
Ignotum stetus in meam
Fingunt perniciem. 12 quæ bene feceram
Compensant odiis malis,
Et vitæ invigilatæ exitio meæ.
Illos 13 sabificæ luis
Ægris visceribus quum dolor urget,
squalens veste ego lugubri,
Jejunaque fame pallidus & siti,
E prostratus humi, Deum
Lembam lacrymis & prece supplice.

Sic

Sic 14 sincerus amici amor
Sub cari interitum luget, et amiculi:
Sic fratrem gemit unicum
Frater: sic pietas anxia, filii
Maternum ad tumulum dolet.
Me 15 fortuna gravi si tetigit manu,
Concursant, mala gaudia
Inter se celebrant: *b* lex populi coit;
Incauto invideam creant:
Proscindun que 16 vidâ me petula tiâ
Scurræ cum *c* balatronibus
Dentem *d* den e acuu t & rabiem vor unt.
Quem 17 si tem p tientie
Tam lentè statuis ô p ter ptime?
Arce hoc ludibrium, nique
Dese tum rabid s trade leonibus,
Acceptum. 8 ut referam tibi
Quòd vivo, & video lumen amabi'e:
Et cœtu in celebri canam
Te, pronum auxilium f rre vocantibus,
Fac 19 ne spes al t improbas
Semper tu bi meis læta molestiis,
Neu nutu ac oculis' notet.
Exsulterque meis hostis atrox mal s,
Qui 20 sermonibus asperis
Insultat trucibusque insidiis petit
Pacatum malè callidus.
Inc tutum ut tacitis ill qu et dolis.
Non 2 deducere desinunt
Rictum risu, Oculi (euge) oculis diem
Lætum vidimus inquiunt.
O 22 qui luminibus cuncta tuentibus
Terras re picis hæc vides?
Ergo sepo ta protege me mo â:
Jam 23 tandem evigila, & manu

Ultrice

Ultrice indomitam frange ſuperbiam:
Juſto 24 & ſupplicio præme
Vindex juſte malos, neu ſine de meo
Luctu lætiam ferant:
Neu 15 ſecum tacito pectore murmurent,
e Evax recè habet omnia
Supra vota cadunt: vicimus, en jacet:
Fœdâ 26 ignominiâ luant
Stultam lætitiam dedecoris comes
Infamis pudor eluat
Importuna meis gaudia de malis:
At 27 cordi quibus æquitas
Eſt noſtra, ac animus nil ſibi conſcius,
Vitam triſtitia procul
Lætam ſemper agant: ac Dominum ferant
Cœli ad ſidera laudibus,
Qui curis famulos liberat anxiis,
Semper 28 juſtitiam meæ,

Cantus, Jesus xvij.

Deſcantus.



2 Ut exta flammis mille ſacrificis cremes,



Oſcula des ſaxis ingemineſque preces,

Altus.



2 Ut exta flammis mille ſacrificis cremes,

Oſcula

Custos sancte hominum, lingua canet tuam,
Et præconia dum mihi
Impellet calidus pectora spiritus.

PSAL. XXXVI Dixit injustus ut delinq; &c.

Psalmus trigesimus sextus hoc præcipuè agit, ut incredibilem Dei benignitatem & misericordiam celebret. Orditur autem à descriptione hypocritarum & impiorum hominum, narratque, Deum in tantâ omnium ferè securitate & malitiâ posse adhuc mundo e efacere, & totos tantisque bonis homines etiam pessimos cumulare. Eâ igitur occasione digreditur in splendidam divinæ indulgentiæ, benitatis & clementiæ commendationem iisque fieri inquit, ut et in hac vitâ multiplicibus commodis perfruamur, & in futurâ æternaq; vitæ varis gaudiis, pueris voluptatibus, cœlesteique luce perfundamur. Hæc Dei bonitas ut Ecclesiæ & verè piis propria & perpetua sit, orat; tyrannisque impiis à quorum violentia defendi cupit, pœnas & interitum imprecatur.

Tenor.



2 Ut exta flammis mille sacrificis cremes,



Oscula des saxis, ingeminesque preces,

Bassus.



2 Ut exta flammis mille sacrificis cremes,

Oscula

Ultrice indomitam frange ſuperbiam;
Juſto 24 & ſupplicio preme
Vindex juſte malos, neu ſine de meo
Luctu lætiam furant:
Neu 15 ſecum tacito pectore murmurent,
Evax recè habet omnia
Supra votâ dunt: vicimus, en jacet:
Fœdâ 26 ignominiâ luant
Stultam lætitiam dedecoris comes.
Infamis pudor eluat
Importuna meis gaudia de malis;
At 27 corde quibus æquitas
Eſt noſtra, ac animus nil libi conſciu,
Vitam triſtitia procul
Lætam ſemper agant: ac Dominum ferant
Cœli ad ſidera laudibus,
Qui curis famulos liberat anxiis,
Semper 28 juſtitiam meæ,

Cantus, Jesus xvij.

Diſcantus.



2 Ut exta flammis mille ſacrificis cremes,



Oſcula des ſaxis ingemineſque preces,

Altus.



2 Ut exta flammis mille ſacrificis cremes,

Custos sancte hominum, lingua canet tuam,
Et præconia dum mihi
Impellet calidus pectora spiritus.

PSAL. XXXVI. Dixit injustus ut delinquat &c.

Psalmus trigesimus sextus hoc præcipuè agit, ut incredibilem Dei benignitatem & misericordiam celebret. Orditur autem à descriptione hypocritarum & impiorum hominum, narratque, Deum in tantâ omnium ferè securitate & malitiâ posse adhuc mundo ex efficere, & tot tantisque bonis homines etiam pessimos cumulare. Eâ igitur occasione digreditur in splendidam divinæ indulgentiæ, benignitatis & clementiæ commendationem: iisque fieri inquit, ut et in hac vitâ multiplicibus commodis perfruamur, & in futurâ æternaq; vitâ vera gaudiis, veris voluptatibus, cœlestique luce perfundamur. Hæc Dei bonitas ut Ecclesiæ & verè piis propria & perpetua sit, orat; tyrannisque impiis à quorum violentia defendi cupit, pœnas & interitum imprecatur.

Tenor.



2 Ut exta flammis mille sacrificis cremes,



Oscula des saxis, ingeminesque preces,

Bassus.



2 Ut exta flammis mille sacrificis cremes.

Oscula



Oculi dei saxis, ingeminesque preces,
Arasque donis largus accumules tuis,
Non facies tamen ut te rear esse pium.
Scelera reclamant, & negant te credere,
Consilium mundum qui regat esse Deum.
Utrunque 3 orán blandiare, non tamen
Impictas tacito pectore clausa latet:
Erumpit ignis instar, actui trahit
Secum odium, atque odii perniciem comitem
Quodcunque 4 loqueris, fraude tinctum est, est, ais
Auribus ingratis qui potiora monent
Scelus 5 nefandum nocte totâ cogitas,
Recta fugis semper deteriora foves.
O 6 magne rector orbis, indulgentia
Munera terra fretum sentit & astra tua.
Quæcunque cælum amplectitur, parentia
Legibus orta vigent, lapsa caduntque tuis.
Modus 7 æquitatis & tuæ sapientiæ.
Cunctaque quæ fecit cunctaque facta regit,
Longè 8 nivosis montium fastigiis
Altior est, vasti gurgitibusque freti:
Humana gens hinc haurit auram & spiritum,
Nec pecudes curam præterire tuam.
Hinc 8 cuncta vitæ suppetunt nobis bona
Dum mens corpore carcere vincta latet.
Fœtus sub alis volueris ut regit suis,
Præsidii fugimus spe mala cuncta tui.
At 9 exsul animus morte liber patriam
Quum reperet limen sidereamque domum:
Illinc egestes & dolores exulant
Nemo feret votis non potiora suis.
Passim voluptas pura passim gaudia

Defi-



Oscula dextræ, ingeminesque preces.

Delicias largo fumine rivus agit.
Illic lo peren i b vita fonte profluit,
Vita gravis ati non re secenda manu.
Illinc fatiscent mentium caligines,
Quæ modo sub tenebris pectora nostra premunt,
Vultuque radius purus effulus suo,
Lumine nos puræ cognitionis alet.
Benignitatis 11.inte in tuæ bonis,
Qui te c gnos uut & tua facta, fove:
Qui mente purâ verit tem diligunt,
Justitiæ f cias commoda ferre tuæ.
Ma 12 nec feroci calcet arrogans pede,
Exigat e aut tectis imp a turba meis.
Qui 13 scelere gau ent, scelere sic ruant suo,
Serpetuò ut lapsos justa ruina premat.

PSAL. XXXVII, Noli æmulari, &c.

Psalmus xxxvii. ad hortationem continet, propositam hominibus pii, ut fel citate impiorum umbratili non moveantur, sed omnem fiduciam, & spem suam in Deo collocent: qui que arbitrio vitam agunt, & res omnes committant, facile gaudeant, quæ dam incommoda patienter ferant, & in Dei verbo quietem obtineant. Insperxit etiam subinde admixtis piorum, quod sint insidiis, malevolentiis, molestiis & mœstitudine piorum, intenti: ideoque ad pristinam eorum impietatem, quòd sint avari, severa ores tenaces & hirudines miserorum. Talibus igitur licet aliquantisper florescant tamen tandem gravissimas comminatur eorum flagitiorum dignas esse mercedes, machinationes sibi ipsis exitiosas, opes brevi dissipandas, Deum eorum imminere eis reperturum, quæ ira

ita cum omni stirpe funditus sint perituri, ut ne vestigium nominis ipsorum reliquum sit futurum. Idque se magistrâ experientiâ verum didicisse asseverat. Inserit etiam per intervallia notas verè pias, videlicet quòd lege divinâ delectentur: quòd in parvis etiam opibus divites sint & beneficia quòd omnibus prosint, nocentes nemini: quòd intenti in assiduâ suæ beneficentiâ nunquam egeant, perpetuâ ni mirum Dei benedictione opulenti. His autem optima quæque promittit; hos, inquit, Deus ipse nutriet & defendet: horum posteritas latissimè propagabitur: horum, si quando premantur, innocentia Deo vindice in lucem emerget: illi fame, peste, & omnium rerum adversarum tempore erunt incolumes & etiam si humanâ imbecillitate circumventi aliquando labantur, tamen Deus eos eriget & in viam reducet, omnesque suorum votorum compotes faciet. Idque non solum ipsis, verum toti etiam ipsorum posteritati posse cedere, certoque illa fieri, & deinceps futura itidem experium affirmat se ostendit.

Carm. genus X.

NE 1 livor urat æmulus
Te, si beatos videris
Pravos, nec Euris iis, opes
Fugaciores invide.
Nam 2 sic facessit illico
Umbratilis felicitas
Marcent comis arentibus
Ut falce secta gramina.
At 3 tu Dei fiduciâ
Incumbe rectis artibus:
Diuque terram ut incolas,
Donabit, ac te nutriet.
In 4 hoc sit obsequatio,
In hoc voluptas unica;
Is te fovebit jugiter,

Vot qui

Votique reddet compotem.
Committe 5 vitam, rem, decus
Illius uni arbitrio:
Animi ubi ex sententiâ
Confessa reddet omnia.
Illustris 6 auroræ ut jubar
Tua faciet ut sit æquitas:
Ut luce virtus fit tua
Meri iamà clarior.
Prefer 7 modestè quod tulit
Fortuna læva: neu tumens
Irâ impiorum prosperas
Res cerne torvo lumine.
Compesce 8 bilem noxia
Facessat indignatio:
Ne fors nefarium ad scelus
Impellat æmulatio.
Eliminantur 9 impii
Fumo levi velocius:
Terras modestus incoler,
Serisque linquet posteris.
Morare 10 paulum, & impium
Nusquam videbis: adipice
Ædes, superbi vix heri
Agnoveris vestigium.
Modesta 11 bonitas otia
Lætam senectam transiget,
Et incolenda hæredibus
Paterna linquet prædia.
Clàm 12 rete nectit impius,
Bonisque concinnat dolos,
Et dente frendens livido,
Dolore & irâ tingitur.
Hæc 13 cernit ex alto Deus,
Minasque ridet irritas:

Quippe

Quippe imminentem verici
Cladem sceleſto proſpicit:
Enſemque 14 ſtringet improbus
Arcumque tendet, pauperes
Ut perdat, ac innoxios
Figat ſagittis impiis.
Diſtrictus 15 enſis in ſui
Domini redibit viſcera:
Frangetur arcus lethifer
Et fruſtra acuta ſpicula.
Præſtat 16 ſuppellex ſobrio,
Recteque parta *b* recula,
Quàm rapta per vim divitum
c Faſtidioſa copia.
Malè 17 parta juſtus arbiter
Diſperget, & potentiam
Franget ſceleſti: dexterâ
Juſtum ſuâ tuebitur.
Innoxios 18 fovet Deus,
Ac rem tuetur: providet
Longæva utique in ſæcula
Sit ſempiterna hæreditas.
Seu 19 peſtis atra, ſeu fa-
Turbabit orbem bellicus:
Nil deerit uſque innoxio,
Famem nec ægram ſentiet.
Sic 20 hoſti impio Dei
Peri: repentè fundibus,
Adeps opimæ ut victimæ
Vaneſcit in fumos leves.
Nil 21 donat uſque & *d* fœnerat
Injuſtus: at juſto ſuâ
De ſorte ſuperat paupere
Quod donet indigentibus.
Juſtorum 22 amici prædia

Linquent

Linquent suæ propagini:
At hostium radicitus
Semen peribit erutum.
Amatque 23 justum, & dirigit
Ejus Deus vestigia:
Dextrâ 24 ruentem sustinet,
Lapsumque dextrâ sublevat.
Puer 25 fui, nunc sum senex,
Ope destitutum nec pium
Videre memini, nec stirpem
Ejus petentes liberos.
Justus 26 misertus pauperum
Dat usque & usque mutuum:
Sera tamen propagini
Non larga deest opulentia.
Vita 27 scelus nefarium,
Sectare recta: dum diem
Solfundet aureum, tui
Terras nepotes incolent.
Deus 28 æquitatem diligit
Bonos nec unquam deserit;
At interibit funditus
A stirpe semen impii,
Justus 29 beata jugera
Agri tenebit & colet
Cum prole, donec ultimus
Instabit orbi terminus.
Sermo 30 sapiens & æquitas
In ore semper est bonis:
In 31 corde scripta lex Dei.
Nec pes labet, gressum regit.
Observat 32 impius pium,
Ut perdat: at 33 illum Deus
Custodit, ante judicem
Tuetur à calumniâ.

Stem

Spera 34 colloca in Deo, Dei
Secta religes, & dabit,
Dives potensque ut hostium
Cernas superstes exitum.
Vidi 35 potentes impios
Gravique fastu turgidos
Virescere instar e laureæ
Amœna propter flumina.
Specto 36 repentè en lubricæ
Imago nusquam gloriæ,
Nusquam manent vestigia
Cunctis gravis potentiæ.
Justi 37 intuere & integri
Vitæ statumque & ordinem,
Videbis alto in otio
Lætam senectam degere.
At 38 prœmta semper lædere
Prorsum interibit factio,
Vitamque claudet terminus
Dignus patratis nequiter,
Justus 39 salutis collocat
Omnem in Deo fiduciam,
Qui fulcit a quos robore,
Adversa cum furs intonat.
Dominus 40 petenti fert opem,
Et in perstis liberat
Ab impiis qui se & suam
Illi salutem credidit.

PSAL XXXVIII. Domine ne in furore, &c.

Psalmus octogesimus octavus, tertius est in numero eorum, qui pœnitentiales appellantur, eo autem, in gravissimis ob peccata sua doloribus et angustiis constitutus David, fatetur quidem, meritum se esse pœnas, neque eas ferre recusat,

modò

modo a Deo non irato, ſed propitio irrogentur. Lamentabilis deinde querimonia, ſordidatem, ſqualorem & putredinem vulnerum ſuorum exaggerat, deque malis primum internis, ut de vehementia iræ divinæ, terroribus mentis conſciæ, ut venenata peccatis; poſtea etiam externis, ut de amicorum & neceſſariorum ſuorum incuria & neglectu ore, de inimicorum violentia & calumniis conqueritur. Dein turbitatem quoque ſuam læſa patientiæ ſuæ commemorat, tandemque ad Dei ſolius miſericordiam confugit, cujus castigationi paternæ ultro ſe ſubjicit, modo inſolentiam & epicharecaciam hoſtium queat evitare, quo ipſo nomine Dei, auxilium magna cum fiducia petit & expectat.

Carm. genus lii.

NE 2 me furoris æſtuante incendio
Servator orbis argue,
Neu promerentem quam libet pœnas graves,
Pergas per iram plectere.
Hærent 3 me dullis penitus infixæ meis
Tuæ ſagittæ dexteræ.
Iræ 4 tuæ hinc me & inde mentis conſciæ
Sic vi paventem perculit,
Ut nulla plagis ſaucii pars corporis
Non langueat lethalibus:
Oſſa ut ſolutis artuum compagibus
Sceleris venenum atraxerint,
Sceleris 5 profundo quod meum ceu gurgite
Caput reſorbens obruit,
Quod in alta rurſus me renitentem, velut
Immanes ſaxum degravat.
Veteris 6 cicatrix vulneris recruduit,
Vomitque tabem *a* luridam,
Afflictus 6 humilis ultimis premor malis,
Luctu *b* ſituque ſqualidus.
Clauſumque 8 cacis fervet in præcordiis

Vocis, nec ulla corporis
Expers doloris pars vacat. Sic o debilis
Et fractus utque & usque sum:
Malis ut impar voce lamentabili
Cor eiuletque & rugiat.
Dominator 10 orbis, vota nec animi mei,
Nec te latent suspiria.
Paven 11 tem cuius ne turbidum cor palpitat:
Defecta membra viribus
Torpore marcent languido: noctem trahens
Caligat acies luminum.
Vicini 12, amici, & languinis commercio
Quos proprior admorat mihi,
Procul abhinere, fœditatem vulnerum
Vix sustinentes cernere.
At 13 prompta semper in meum exitium manus,
Molita vim nefariam,
Dolosa tendit continenter retia,
Fraudesque versat impias.
Ceu 14 mutus ore, surdus aure, ego interim
Obstrepui silentio,
Elinguis 15 imitar & stupentis, crimina
Qui nesciat refellere.
In 16 te reposita est spes mea: ô rerum potens
Rector benignus annue;
Ne 17 risus, hosti sim superbo, qui meis
Insultat infelicibus malis:
Qui si vacillent lubrico lapsu pedes,
Læto triumphat gaudio.
Ad 18 ferendi sum paratus verbera:
e Vibici semper adsunt
Cruenta turget exorati corporis
Sulcis flagrorum grandibus.
Meum 19 fatebor, et fateor, heu meum nocens
Re iure pœnas debitas

Sed

Sed 20 invalescit hostis atrox interim,
Viresque sumit factio,
Vivunt 21 vigentque, & immerentem injuriâ
Me prosequuntur, pro 21 bono
Malum rependunt; jugiter calumniis,
Quia recta sector, ingerunt.
Tu 22 ne recede longius, neu deseras
Periculis in ultimis,
Accurre 23 dextram da salutarem meæ,
Salutis auctor unice.

PSALM. XXXIX. Dixi, custodiam vias, &c.

In principio hujus odæ vates regius pium suum propositum, de patienter & cum silentio ferendâ impiorum felicitate & insolentia commemorat; tandem tamen pertæsum multiplicium scelerum & molestiarum hujus vitæ, à Deo remissionem ex hoc arcere aut pertusse. Subjungit autem ipsissimam descriptionem brevitatis, vanitatis & fatuitatis conditionum, actionum, & omnium rerum humanarum, quarum fastidio ad Deum se convertit, & tanquam pauper peregrinus ad eum confugit, & tanquam pauper peregrinus relictuus, sibi peccata, quæ palam agnoscit, remitti; hostes suos reprimi, & pœnas meritas, de quarum gravitate conqueritur, petit exigi. Cumque non ut Civis, sed ut hospes, in hujus mundi diversorio quasi pernoctarit: antequam inde exeat, iterque mortis ad veram vitam ingrediatur; aliquam saltem recreationem ex serenitate & misericordiæ divinæ profectam, sibi postulat concedi, ut ita animo placido & læto ex hisce angustiis queat emigrare.

Carm. genus III.

QUum 2 sævus hostis me meo lætus malo,
Lacesseret convitiis,

Mecum ipſe verbis abſtinere ab aſperis
Et jurgiis decreveram,
Linguæ 3 ob eravi clauſtra fræno, pertinax
Obmutui ſilentio:
Ac tamen ne quid os mali profuderet,
Verbis bonis clauſi exitum.
At 4 ignis inſtar, veritus egredi dolor,
Exarſit intus acrius,
Tandem obſtinatæ fræna pertinaciæ
Perfrægit ira ac talibus.
Dominum 5 rogavi, Mihi meæ vitæ modum
Qui ſit futurus, indica;
Quando evolabo liber hoc moleſtiæ
Faſtidioſo è carcere:
Tu 6 clauſa nullo ſæcla degis termino,
In te beatus ac potens:
Annos quod ævi vivimus, pene eſt nihil,
Ac pæne brevius quam nihil,
Umbræ 7 fugacis inſtar atque imaginis
Quem reddit æquor vitreum,
Idque ipſum inani in vanitate atque anxiis
Ægreſcit in laboribus,
Animum libido torquet inflat gaudium,
Spes tollit, ac timor premit.
Tumultuamur temere, congerimus bona
Incognitis hæredibus.
Quo 8 me reflgu veritam? quis laboranti geret
Opem? quis eximet malis?
Spes omnis in te: miſeriæ 9 fontem meæ
a Peccatis tollenoxiis,
Ne vas ſultis me ſinas & improbis
Deſpectui & ludibrio.
Muſſi 10 protervi lingua me quum tuæ
Procinderet convitiis,
Obmutui, iræ vindice pœnas tuæ

Has

Has esse gnarus scilicet.
Rector 11 parensque gentis humanæ, tua
Paulisper aufer verbera.
Viresque linquunt, vita nec semper novis
Plagis ferendi sufficit.
Te 12 persequente scelera pœnis, illico
Vigor decorque defluit,
Vineis pereæmo e vestris O homo
Caduca res & futili!
Parens 13 benigne precibus aurem da meis,
Nec verba sperne supplicis,
Nec lacrymanti averte vultus hospiti,
Namque hospes hanc terram colo,
Nec ego, parentes nec mei certum locum
Habemus hic, sed in dem
Soliciti & horæ, turbidæ molestias
Vitæ brevis transigimus.
Igitur 14 severam paululum abstine manum,
Fessum ut resumam spiritum,
Mortis priusquam reditus unde non patet)
Tranimiserit me janua.

PSAL. XL. *Expectans expectavi Dominum, &c.*

Hoc in Psalmo David personam sustinet Christi Servatoris quod patet ex 10 capite epistolæ ad Hebræos. Incipit autem a narratione suarum angustiarum, & feducia auxiliandi pro quo, benigne liberatus, gratias Deo agit, summaque exemplum dat, quoque incitaturum ait, ut Deo confidant. Subjungit his commemorationem incredibilem beneficiorum divinorum: simulque Christum lognentem inducens, docet qua in re consistat remissio peccatorum & hominis justificatio, nimirum non in sacrificiis & holocaustis sed in unius Servatoris, hujusmodi signis adumbrati, obedientia præstiti Patri, usque ad mortem cruciſ. Et hanc optatissimam Ev-

gelii doctrinam, ait latissimè in omnes terrarum partes propagatum esse. Redit deinde ad petitionem auxilii divini, et exaggerationem suorum cruciatuum, tandemq; pœnas suis hostibus imprecatur, & benedicit vere piis quos ipsos quoque respici & servari in periculis Christi exemplo asseverat.

Carm. genus. XVI.

QUum 2 circumfremerent me timor & minæ.
Intentansque avidam mors fera dexteram,
Spes cœlestis opis, fera licet tamen
Lenibat *a* trepidam sollicitudinem.
Advertit 3 Dominus, meque *b* voragine
Cœnosi implicitum gurgitis extulit:
At saxi solidis impositò jugis
Monstravit facilem quâ graderer viam:
Afflavitque 4 novo pectora spiritu.
Suffecitque suæ materiam novam
Laudis, quam canerem *c* dulcè loquacibus
Nervis, ac numeris lenè sonantibus.
Hæc cernunt, rapidæ qui violentiæ
Fati, vel dubiis casibus imputant
Fluente; ac trepidi se Domini in fidem
Dent qui sellifero regnant in æthere.
Felix 5, qui stabili spe Dominum ac fide
Spectat quem tumidæ pompa superbiæ
Non ad se illecebris ducit inanibus,
Fallacique boni ludit imagine.
In 6 nos, sanctæ parens, quot vigilantiæ
Et quàm miratuæ pignora suppetunt.
Quæ nec mens acie cernere languidâ
Possit, nec numero lingua rexcere!
Aurem 7 mi tacitè *d* vellis, & admones,
Quòd labem sceleris nec pretium levet,
Nec sanguis pecudis nil meritæ eluat,

Nec

Nec consumpta foris expiet hostia.
Tum 8 dixi, Venio: quod libet, impera,
Adsum, sancte parens, jussa capessere
Promptus: ceu tabulis scripta fidelibus
Edax perpetui fata voluminis.
Hoc 9 mens hoc studium tendit, ut tuis
Conformem monitis quæ gero, quæ loquor,
Quæ mecum tacitus cogito: nam tua
Lex est animo lex penitus meo.
Famam 10 justitiæ per populos tuæ
Late præco feror: nec labiis meis,
Nec linguæ premes, o nimbis ut tuæ
Terris (ipse vides) nota sit æquitas.
Nec 11 justum tacuisse mala plectere,
Promissique tenacem & miseris opis
Largum: me bonitas indice gentibus
Cunctis facta palàm est, & tua veritas.
Defendant 12 igitur me bonitas tua,
Promissique fides fallere nescia:
Obsessumque malis innumeris tuâ
Me rerum genitor protege dexterâ.
Me 13 pœna, capitis quæ superent, ilicet,
Omni ex parte premunt, quas neque numeris
Jam promptu est arcte nosse animus stupet
Cæcum in nubes obrutus æstibus.
At 14 tu mundi opifex sancte, salutifer
Adsis: auxilium fer citò, & ultimis
Oppressum penitus subtrahe me malis,
Ut prædi pudeat consilii impios obos.
Turpem 15 ignominiæ tristitiam ferant,
Tendunt exitio qui laqueos meo:
Infamem refe unt consilii exitum,
Nostris qui capiunt lætitiam è malis.
Hunc 16 fructum sceleris percipiant sui,
Infrendent ut secidant quam mihi struxerunt.

Fruſtratus, doleatque & rubeat, meas
Qui ridet lacrymas & fruitur malis.
Qui 17 credunt fidei ſ penitus tuæ,
Illos auxil i ſpes recreet tui,
Ac ſemper Domini nomen amabile
Certent e tergiminis tollere n moribus.
Ex ſpe 18, pauper, inop- im licet, at mihi
Cuſtos rerum op fex pervigil excubit,
Vitæ ô præſidium & certa ſ lus meæ,
Adſis, neu trepidá me cruciá morâ.

PLAL. XLI. Beatus qui intelligit, &c.

Hoc Pſalmo Dauid, ut morbo & angustiis suis, ex pertus defectionem & perfidiam eorum, imo & Christi, cui eadem & multo etiam graviora fecisse profrend. Initio autem beatos prædicat eos, qui hu mano, calamitate aliquâ oppresso, non insultent, sed potius beneficentiam exerceant; fore enim aliquando, ut & afflictis recreetur, & is, qui ei præsto fuerit, sua a Deo beneficentissimo præmia consequatur. A fugit deinde impiorum invidiam auxilii Divini, in quo & baptismi & sanctorum adumbratorum, unusque alios domestici (quo Iudam semper fuisse patet ex 13 cap. Ioannis) edam & perfidiam describit, seque a Deo exauditum gloriatur. Proinde etiam gratias agit, alios quoque ad actionem gratiarum cohortatur.

Carm. genus lii.

BEatus ille, qui miſertus pauperis,
Fert rebus in duris opem:
Nec ars genti deſpicit faſtidio:
Proſtratum & oppreſſum malis.
Quem 3 rere fractum & penitus abjectum, Deus
Attollet & ſolabitur,

Curâ

Cura fideli Dominus illum muniet
Et è periclis eruet;
Interque vivos sospiti dabit frui
Vitæ beatæ commodis.
Artue 4 cubili quum dolor prostraverit,
Opem feretque & a lectulum
Versabit, omnem prorsus ægritudinem
In dulce vertet gaudium.
Quum 5 me doloris vis acerbi attigerit,
Opem popposci te Deus.
Animæ medere saucia(dixi) fui
Sceleris pudendo vulnere
Dira 6 imprecatur hostis, ac me devovet
Lætus meis incommodis.
Quando interibit (inquit) & cum corpore
Nox una nomen obruet?
Si 7 forte quis me visit horum, corporis
Animique morbis anxium,
Vultu dolore ficto fingit, ac suspiria
Imo trahit de pectore:
Foras profectus conditum in præcordiis
Repente vir is evomit.
In 8 me susurrat clanculum atque obmurmurat
Scelesta conspiratio.
Clam machinantur læva, in exitium meum
Consilia cuncta conferunt,
Secumque 9 jactant, 10 missi certè cælitus
Nunc dira vis mali hunc ligat,
Prostratus hæret, lectulo affixus jacet,
Noctem trahens novissimam.
Quin to & sodalis, & mihi mensâ & domo
Conjunctus & cui maximè
Fidebam, ad hostes conferens sese meos
In me ferox recalcitrat.
At 11 tu salutis auctor & custos meæ,

Benignus in me respice:
Manum jacenti da salutarem, hostibus
Parem ut rependam gratiam.
Tui favoris 12 pignus id certissimum
Erit mihi, & constantiæ
In me tuendo, quòd mali sit tus meis
Hostis ferox non gestiat,
Vires 13 recipit corpus, innocentiam
Servavit animus, decreram
Te porrigente, qui recepera s tuam
Semper tuendum me in fidem.
Agnoscat 14 orbis unicam & colat Deum,
Quem gens honorat Ifaci:
Unumquemlibet, temporum donec vices
Luces & umbras dividant.

GEOR-

GEORGII BUCHANANI Paraphrasis in secundum Librum Psalmorum

PSAL. XLII. *Quemadmodum desiderat cervus, &c.*

David exsul in locis à congregatione piorum remotis, praesentissimum suum desiderium reddendi in coetum verae Ecclesiae hoc hymno declarat & se corpore quidem absentem, animo verò praesentissimum illi esse testatur. Dolorem etiam & sollicitudinem suam, ex eo exsilio instantemque insultatione & irrisione hostium ortam, describit, & dialogismo utens jam tandem tabidi voce de extremis animi doloribus conquiritur, mox seipsum spe rectius erigit & confirmat; Deoque, quem etiam in tribulationibus adversis celebrat, se fusque omnia commendans, quasi de liberatione certissima, brevi futurum omnia ait, ut in patria coequetur Ecclesiae immortalis et gratias ei agat.

Carmen genus xiii.

NOn 2 cervus fluvios sic avet algidos,
(Cervus, turba canum quem premit) utrui
Cor desiderio capitur anxio,
Rerum conditor optime.
Hic 3 me raptat amor dulcis, & impotens
Ardor ferre moras. O inviam den,
Qui templo 4 reducem me statuet tuo!

O lucis jubar aureum!
Jejunus & lacrymis prodit pectus dolor
Pascit, turba meis obvia dum malis
Illudens, toga Deus iste tua Deus
Cur nunc deserit exulem?
At 5 rursus bonitas quam subiit tua,
Et mens auxilii certa fides tui
Illuxit trepidæ, temporis illius
Me consolor imagine,
Festis quum populus me reducem choris
Paullisque excipiet vocibus, & Dei
Pompa cum celebri, me comitabitur
Augusta ad penitralia.
Cur 6 me solicitis teque doloribus
Meas ægra exanimas pone metum, ac Deo
Tedat quo patriæ vindice reddimur
Grates sospes adhuc agam.
Hæc 7 mentem recreat spes licet asperis
Jordanis blateam salebris, Hermoni
Exul dura licet saxa perambulem,
Solis hospita belluis.
Quamvis 8 agminibus me gravis undique
Omni ex parte premant, quam super horridos
Rupes grando sonit, quam mare verberat
Raucis littora fluctibus:
Tu 9 si me placido lumine videris,
Cedent tristitiæ nubila & tetricas
Mœroris tenebras sicut ictu mihi
Tuus dulce jubar tuæ
Laudis 10 materiem nam mihi noctuas,
Nec cuncta impedient, nec malum meum,
Quin & certa fides, mentis eum feris
Quo me cumque, malis?
Mens 11 pectus, oculis sistuat igribus
Perenne fontis unde cum vitæ

Exsul-

Infultans rogat : Heus ille tuus Deus
Cu na e deserit exulem ?
Cur 12 me solliciti teque doloribus
Mens agita exanimas ? pone metum, ac Deo
Te dat quo patriæ vindice reddi us,
Grates lætus adhuc agam.

PSAL. XLIII. Judica me Deus, &c.

Hoc quoque odario David exul, ab omnibus subdolis, fraudulentis & tyrannicis, item sensu iræ divinæ & pavo. ribus co scientiæ excruciatus, petit lucem auxilii divini, & liberationem ex tantis angustiis, sui quoque restitutionem in cœtum veræ ecclesiæ urget, ubi Deo gratias actaras sibi sum consolatur, cæteque fiducia voti se compotem jure pellicitur.

Carm. genus XI.

Vindex 1 esto mihi Deus,
Et patrocin o protege me tuo,
Oppressum scelere impio:
Et fraudum laqueos frange nefario.
Vitæ 2 ô præsidium meæ,
Cur me præsidi o destituis tuo ?
Cur lucta vagor o bitus,
Dum sevæ furias vulto tyrannidis;
Profer 3 lumen opis tuæ.
Montem pande viam quæ ferat ad tuum:
Montem quam proprie domum
Majestate tui numinis incolis,
Atque 4 aram adveniam ad tuam,
Ac te, lenitiæ materiam meæ,
Et grata citheta tibi
Grates lætus agam, conditor optime.
Cur 5 mœres animæ anxiæ,

Ac

Ac me sollicito pectore maceras?
Omnem pone metum, ac Deo
Curam crede tui, quem super æthera
Cantu sospes adhuc feram,
Quum salvus patriæ reddar amabili.

PSAL. XLIV. Deus auribus nostris &c.

Precatorium ardentissimam continet Psalmus quadragesimus quartus. In quâ primum commemorantur priscæ Dei beneficia patribus præstita, petiturque, ut eadem modum in præsentiâ quoque juvet. Magnopere autem amplificantur prementes Ecclesiam angustiæ, & contumelia Numinis: in quibus tamen illa fiducia in Deo collocata non abjicitur, aut inconcessa auxilia quærit: sed patienter moram non fallentis auxilii perferat. Causam deinde harum afflictionum Ecclesiæ statuit professionem veri Dei atque ideo repetita devotione petitione, erit, ut Deus ipse suam causam agat, suosque præsentibus & imminentibus malis liberet.

Cant. gerustii.

VEtusta 2 ad aures fama nostras attulit,
Scriptique patres posteros
Superadata tradidere a te Deus
Patrata priscis seculis:
Eliminatis 3 quum profanis gentibus
Et incolis proceribus,
Eorum labore fructibusque perfrui
Nostris dedisti patribus.
Certè 4 nec armis lucidis nec viribus
Debemus has victorias:
Sed nos favoris aura mollis & tua
Prorexit indulgentia.
Ergo 5 salutis auctor unice ô Deus,

Adeo

Ades piis ſalutifer.
Te 6 dante vires, hoſtium ferociam
Tam ſ cilè profl gabimus.
Taurus minaci quàm jacet cornu pulſus,
Stipulæve faſces aride.
Superba regum colla craſſo in pulvere
Pr ſtrata conculcabimus.
Non 7 arcus iſtam lethifer fiduciam,
Non mucro ſ vus ingerit:
Tu 8 nos ab hoſte ſubtrahes, ſternes ſolo
Infenſa nobis agmina.
Non 9 ergo ſemper jure te cantabimus
Noſtræ ſalutis vindicem?
Ac donec orbis aſtra volvet ignea,
Te proſequemur laudibus?
At 10 nunc relictos objicis feroc um
Injuriæ nos hoſtium,
Nec prodis ante noſtra ductor agmina:
Qualis ſol bas antea.
Hoſti 11 imminenti terga cogis vertere,
Præ quæ das prementibus:
Pecus 12 ut macello deſtinata, exponimur
Cædentium libidini:
Omneſque terras barbararum gentium
Errore complemus vago.
a Vænum 13 dediſti nos palam, b nec auctio
Te ditiorum reddidit.
Vicina 14 noſtris oppida inſultant malis,
Cladeſque rident: 15 fabula
Sumus profanis nationibus: caput
Mutant: labella exporrigunt:
Oculis 16 oberrat uſque contumeliis,
Pudorque vultus inficit:
Dum 17 voce acerbi injurias exaſperat,
Mina que torvas ejicit

Hoſti-

Hostis protervus, Obruti 18 tot cladibus,
Tot undequaque instantibus;
Tamen nec unquam est animus oblitus tui,
Tecumque pacti fœderis,
Sese 19 neculis territa periculis
Avertit aut flexit via
Recta pes; 20 & si penitus abjecti interim
Abi te, licet draconibus
Immitioris gentis addictæ jugo,
Feramus e umbram ergastuli,
Et servitutem lugeamus, & necem
Vitæ præcemur tædio
Iniqua 21 meritis si tuis oblivia
Offuderint se membris
Nostris, manusve supplices protendimus
Dijs impium genium,
Id 22 te latere, abditas qui pectoris
Prorsus latebras inspicis?
Te 23 propter, odia cæteris populus famus,
Et initar ovum cædimur.
Inte favoris pendimus pœnas, tui
Amoris odia nos premunt,
Exurge 24, similem somnolentiæ moram
Salutis auctor corripe.
Cur 25 ora condis, immemor que negligis
Tuos malis in ultimis?
Afflictus animus, & malis presentibus
Lassus, futuris anxius,
Succumbit one i 26 strata tabescunt humi
Defecta membra viribus.
Exurge 27 genitor, & vigore corporis
Animique cassos sublleva.
Clemens bonusque nos ab hostis impii
Immanitate libera.

PSAL.

PSAL. XLV. *Eructavit cor meum, &c.*

In carmine hoc nuptiali Propheta regius primo de-scribit animum suum spiritu divino redundantem, & foras effundere gestientem cogitationes ab eodem suggestas. Eæ autem erant de nuptiis Salomonis & Filiæ regis Ægypti, sub quorum nominibus celebrat Christum Dei filium & Sponsum ejus Ecclesiam. Orditur autem a laudibus sponsi, quem dicit forma & amabili venustate, item fortitudine, veritate, æquitate & clementia excellere. Regnum eidem tribuit sempiternum, & dona Spiritus sancti plane inusitata & extraordinaria; item ministros peculiares. Deinde sponsæ quoque commendat ornatus splendore, a bonis animi & corporis, ob opulentiam, a comitatu, ab intuentium applausu: eamque hortatur, ut domus patriæ obliviscatur: ut unum sponsum amet & desideret: ita futurum, ut & exterarum nationum muneribus ejus nuptiæ ornentur, sobolesque optatissima suggeratur, & bono ipsius præconio in perpetuum celebretur.

Carm. genus I.

COr æmulatur; exultant trepidis præcordia fibris,
Eructant que novum gravido de pectore carmen
Certat lingua animum fando, manus æmula linguam
Scribendo exæquare, meo nova carmina regi
Dum cano regi hominum cui nemo è semine cretus
Audeat eximiæ contendere muliere formæ:
Quem decorat lepor & roseis affusa labellis
Gratia: cui rerum cœli indulgentia spondet,
Hanc fore perpetuum longeva in sæcla tenorem.
Ergo 4 armis invicte heros age, fortibus apta
Ensem humeris; ensem, 5 per quem tibi gloria cœlo
Æquat & adversum fidens fer pectus in hostem.
Fræna tibi currus verum moderetur & æquum,

Et

Et quæ præcipitem clementia temperat iram.
His ducibus tibi surget honos, tua dextera factis
Clara per ignotas fundet miracula terras:
Cordaque 6 vulnific figens inimica sagittis,
Sponte tibi coges valida procumbere, gentes.
Nec 7 mare aut terræ spatium, nec terminus ævi
Finiet imperium, sceptri moderamine justi
Quod regis, & b lenis mollis clementer habenis.
Te 8 super æquævos omnes regnator Olympi
Diligit, & lento voltum exhilaravit olivo:
Unde tui malcent populi novagaudia mentes.
Pallia 9 quum casiis tibi depromuntur odoris,
Et c myrrhæ passim lacrymæ stillaque suaves
Halitus, & molles fœliæ fundantur odores,
Aut illæ 10 opparent genus alto è sanguine regum
Inter honoratas promptæ ad tua justa ministras,
At regina tori consors tibi dextera adhæret,
Auro picta sinus, ureum diadema capillos,
Misit ab Eois gens Ophyritis quod fluvi caminis.
Teque 11 adhortamina audi & rem pectore conde:
Nec mea dicta nega placidas demittere in aures:
Jam nunc & patrium & patrem oblivisce; jam nunc
Ex animo caros penitus depone propinquos:
Unum oculis specta, unum animo complectere regem:
Regem oculis animoque tuo qui pendet adoret.
Illius & pulchri defixus vultibus hæret.
Hunc dominum agnoce, & supplex veneare: nec ille
Officio, studioque tibi concedet: & 12 illa
d Undarum regina Tyrus te murice & auro
Accumulans coler: & vicina per opida latè
Procumbent tib supplices & gratisque potentes,
Aut opibus clari: meritumque fe etis honorem
Hunc populi 14 Pharii proles generosa tyranni
Tota decens, tota est gemmisque insignis & auro:
Et fœc es cultum illustrat, [illegible] acieque decorâ

Pulcritu-

Pulerior eſt animus. 15 Tibi rex en ducitur uxor
Dives opum, dives picta veſtis & auri,
Virginibus comitata ſuis, de ſtirpe propinquâ
Virginibus; quas pompa frequens clamore ſecundo
Inſequitur, 16 plauſuque fremens, lætæque choreæ
Cantibus auguſtam lætus deducet ad aulam.
Neu 17 deſiderio nimiùm tangare tuorum
Virgo; tibi dulcem patriſque & matris amorem
Leniet adnaſcens ſobolis generoſa propago;
Quos regere imperio terras, tumque per orbem
Adſpicies populos ſceptris frenare ſuperbos.
Nec 18 tu carminibus regina tacebere noſtris;
Quaque patet tellus Liquido circumſona ponto,
Poſteritas te fera canet dumque aurea volvet
Aſtra polus, memori ſemper celebrabere fama.

PSALM. XLVI. Deus noſter refugium, &c.

Exhortatur hac odâ magnanima & intrepida fiducia Eccleſia, in omnibus periculis, tumultibus & quibuſcunque rebus adverſis Deum reſpicientes, & cum quadam inſolentia ſpernentes, Dei præſidio tutam eſſe futuram, etiamſi totus orbis collabatur. Idque ut credatur firmius inducit ipſum Deum quietem & exiguæ temporis patientiam, cum ſit non ſine conjunctam, Eccleſiæ impugnantem, ſuumque auxilium & gloriоſam de hoſtibus victoriam ultro promittentem.

Carm. genus vi.

QUum munìat nos præſidio ſuo,
Virtute firmet, quum gravis intonat
Procella, fortuna periclis
Eripiat dominator orbis,
Nullam vim expavimus: 2 quatiat licèt
Orbem tumultus, terraque ſedibus

Convulſa

Convulsa, montium ruinis
Arctet aquas pelagi frementis;
Insanit 4 quamvis æquora sæviant,
Et vorticoso gurgite torqueant,
Spumantque limumque & procellis
Terrificis scopulos flagellent.
Nam 5 civitatem, cui Deus unice
Indulget, aris & propriam suis
Dicavit, algenti pererrans,
Lympha fugax hilarat liquore.
Occulta 6 ne vis aut tumor hosticus
Urbis quietem solliciret, Deus
Gentis suæ intentus saluti
Prævenit auxiliis pericla.
Gentes 7 tumultus concitet impias,
Et regna belli concutiat furor,
Flammis fremat cœlum coruscis,
Terrificet labefacta tellus:
Hoc 8 & duelli, pacis & arbiter
Stat præliorum qui regit extus
Munimen, & nostræ salutis
Præsidium Deus Abrahami.
Venite 9 adeste, & cernite non prius
Audita, mira incognita, quæ Deus
Patravit in terris ab ortu
Solis ad Hesperiam cubile.
Funesta toti belli incendia sustulit:
Fregit cruentæ spicula lanceæ:
Contrivit arcus, & volucres
Incinerem minuit quadrigas.
Sedate 11 motus mentis, ait Deus,
Measque vires noscite quem colet
Quocunque sub cœlo a repostas
Gens hominum colit orbis oras,
Hac 12 & duelli pacis & arbiter

Stat,

Stat, prælíorum qui regit exitus,
Murimen, & noſtræ ſalutis
Præſidium, Deus Abraham.

PSAL. XLVII. *Omnes gentes plaudite, &c.*

Carmen hoc triumphale tum videtur decantatum, cum arcam illa fœderis in templo Hieroſolymitano eſt depoſita: quæ cum Chriſtum in Eccleſiam, ſive conſadumatam, adventus adumbraret: colœtarur ammes, ut in publicâ lætitia, ipſi quoque eum plauſu & tripudio exſultent ſummque ſervatorem excipiant cujus regnum non tantum anguſtis Judæorum finibus circumſcribatur; ſed in omnes orbis terrarum partes quam latiſſime ſe extendat.

Carm. genus X.

TEllur's 2 omnes incolæ
Deo canoros edite
Plauſus, ſcaroris pangite
Lœti Deum præconi s:
Deum 3 verendum & arduum,
Malisque formidabilem,
Qui régna faſtu turgida
Frænat potenti dexterâ:
Qu 4 bellicoſa compulit
Parere nobis oppida:
Noſtrumque gentes inclytas
A mis coegit ſub jugum,
Hereditatem 5 ſuam
Nobis colenda credidit:
Unde Iſaci nepotibus
Æterna fulget gloria.
En 6 templa ſcandit prævio

Lætum

Lætum canonte a classico:
En scandit auctor omnium
Vulgi secundis plausibus.
Cantate 7 læta carmina
Deo, canora carmina
Cantate: regi psallite
Jucunda vestro carmina:
Qui 8 ceptra rerum temperat,
Ac regna terre dividit:
b Docti modorum dulcibus
Hunc ferte in astra cantibus
Qui 9 dirigit mortalium
Res & salubri vinculo
Legum coercet, lucido
Esiderum e prætorio.
Ad to hunc potentes gentium
Se contulere principes,
Utroque colla subjugum
Rerum dedere præsides.
Nostrum Deum diiscateris
Sublimiorem agnoscite,
Cœlum, solumque, & sidera
Suo regentem numine.

PSAL. XLVIII. Magnus Dominus, &c.

Hec Psalmus urbs Hierosolyma, quæ personam veræ Ecclesiæ hic sustinet, sibi ipsi de sua in divino præsidio posita felicitate gratulatur, Deoque gratias agit pro recenti de hostibus potentissima victoria, quorum conspirationem mirabilem & inopinatam cum trepidatione fugam eleganter describit, considenterque asserit, se ea, quæ totics ac Dei præsentia & patrocinio audierit, reipsa jam experiri vera esse: & deinceps quoque eodem modo Ecclesiam Deo cura & cordi

cordi essi futuram sperat. In tanti hujus patroni præsidiis & defensione hactenus se efferens, sua propugnacula & munitiones, suas fossas & aggeres Dei virtute inexpugnabiles cum ostentatione effutat, eo maxime nomine ut solus Deus pro incredibili bonitate & beneficiis, ab omni mortalium pestilitate, immortali honore afficiatur & celebretur.

Carm. genus iii.

REctor 2 beate, cœlitum, cui nil viget
Simile aut secundum, cœlitum
Beate rector, sancta jure te a Sion
In astra tollit laudibus;
Sion 3 opaca versa ad b Arctos, regia
Formosa regis optimi
Sion voluptas gentium uberi solo
Arvis beatis accubans.
Sensere 4 Domini vindicis potentiam
Solymæ superba mœnia:
Sensere 5 numen, quum feroces viribus
Colere reges copiis
Castrisque junctis, civibus
Tuis minari & vincula.
Perstrinxit 9 oculos intuentium stupor,
Et horror artus perculit,
Quales 7 tremores quærulus excitat dolor
Vexante partu fœminas:
Pavorque 8 trepida sparsit attonitus fugas,
Euro procella ut æquora
Excita ab imis penitus evertens vadis,
Trepidas carinas dissipat.
Hæc 9 tacta priscis retulere sæculis
Parvis parente liberis:

Hæc

Hæc nos in urbe videmus Dei, ratis
Qui frœnat orbem legibus.
Hæc urbe in illâ vidimus, cui pervigil
Deus ipse custos excubat.
O Io sancte rerum genitor, in rebus malis
Tuam advocamus dexteram
Tuam adaras supplices advolvimur.
O 11 Rector orbis optime,
Tua laus per oras ultimas mundi, & tuæ
Imago fulget gloriæ
Et æbuitatis. 12 Te sceleſtos verbere
Flectente justo, cstient
Colles Sionis, nec ferret tacitum suum
Judæ propago gaudium.
Ite 13 & Sionem obambulate, mœnia
Spectate, turres arduas
Numerate, 14 fossam & aggerem intuemini,
Molesque celsos ædium,
Narrate nati, posterorum ut audiant
Et obstupescant sæculi,
Solumque 15 noscant & colant nostrum Deum,
Ortusque finisque inscium,
Qui sempiternus sempiterna nos ope
A fraude vique proteget.

XSAL. Xlix. *Audite hæc omnes, &c.*

Cum sapientiam peculiarem & paucis cognitam hoc Psalmo traditurus esset Propheta; statim initio se attente ab omnibus postulat audiri. Describit autem miserum & bestiarum conditionem vix excedentem statum opulentorum in hoc Mundo, quorum divitias, splendorem, purpuram gemmas, aurum, villas, palatia, delicias, honores, omnia denique quæ illi faciunt maximi, ipsâ vanitate vaniora

esse

esse asserit, cum & stulta sint & caduca, & contra mortem nihil prosint, aeternosque apud inferos cruciatus secum trahant. Hortatur igitur homines pios, ne in suis angustiis injustorum prosperos, & ut sibi videntur, semideos, vel admiretur, vel eorum invideant splendor: sed spe certarum & nulli mutationi subjectorum bonorum vitae alterius se consolentur, & omnibus rebus terrenis neglectis, ad sempiterna & caelestia tantum, firma quadam fiducia adspirent.

Carm. genus XV.

AUdite 2 gentes ortus & occidens
Advertite aures, & medio dies
Quos a torret axe, & qui b vitreum solum
Pont nivali findit orbitâ.
Audite 3, sive ignotus, & infima
De plebe pauper, sive opibus potens,
Mulcaque fulgens plebe clientium,
Aunque c gazis ditibus incubas.
Fontes 4 recludam jam sapientiæ,
Plenoque promam pectoris è penu
Prudentiam: 5 jam lingua recondita
Oracla gestit carmine pandere.
Cur 6 congerendis me crutiem bonis,
Famemque & acrem pauperiem timens;
Ut vita curis anxia tristibus
Me tristiorem trudat ad exitum?
Gemmis 7 & auro & murice divites
Superbientes adspice, qui sibi
Gaudent beato plaudere somnio,
Tutoique fluxis credere se bonis.
Germanus 8 auro non redimet suum
De morte fratrem g 9 nec precio Deum
Donisve d flectet fata retexere,
Ut membra liquit frigida spiritus.

Sed 10 nec perennes interitus moras
Dives paciſcè, nec potis eſt putres
Ne ſolvat artus tempus edax, vetat
Id lege dura fixa neceſſitas.
Mors 11 æqua ſtultis & ſapientibus
Intentat arcum : par manet exitus
Vitæ hos & illos : occupat improbis
Ignotus hæres parta laboribus.
Vilia 12 ſuperbæ delicias breves,
Luxuque fructus regifico domos
Linquunt : ſepulcrique irremeabilis
Tenebricoſis ſub latebris jacent.
Quid fama duris parta laboribus
Prodeſt ? inanis quid titulî decus ?
Quid aura blandæ lauſis, & ambitus
Nomen futuris prodere ſæculis ?
Quum 13 vani honoris ver breve floruit,
Le hale ſpirans mortes hyemis, viros
Et bruta raptans interitu pari,
Oblivionis nubæ pari premit.
Hæc 14 ſtulti ierunt : hanc malè providos
Ducet nepotes error in orbitam :
Quos 15 mora ſepulchri ſub ſcrobe conditos
Depaſcet, imbelles ut oves lupus.
Æterna cœli temperies pios
Manes fovebit lucis in aureæ
Splendore : quibus malè fluit nitor
Per prata vernis picta coloribus.
Stultis ſenectus robora deterat,
Pro ſumptuoſis buſtum et ædibus.
At 16 me benignus de ſe barathri cavo
Specu remiſſum ſuſcipiet Deus.
Nec 17 te cupido ſauciet æmulo,
Stupore, ſi quem videris impiâ
De plebe fluxis conſpicuum bonis,

Clarumque

Etiamque multa *f* fulgere gloriâ.
Quum 15 dexteram *g* mors illacrymabilis
Injecit ex tam divite copiâ
Secum sub umbras nil feret: & comes
Inde ad tristum gloria deseret.
Dum 16 commeantis pectora spiritus
Illudo calcitant, perfruitur bonis,
Sibique curat molliter, & monet
Omnes eundem pergere tramitem:
At 20 quum parentes cesserit, ad suos,
Longum dolebit stultitiam brevem,
Ad regna tractus lucis egentia,
Quæ semper horror nubilus obsidet.
Rectrix 21 honoris ni sapientia
Accesserit, brutis homo bestiis
Nil interest, quos vita facit pares,
Expectat, æque inglorius exitus.

PSALM. L. Deus deorum Dominus, &c.

Doctrinam de veris Dei cultoribus hic Psalmus continet: quo ut plus ponderis habeat, ipsum Deum quæsitorem & judicem introducit, qui generatim, primo impiis omnibus pœnas comminatur: deinde singillatim docet Judæos, in frequentia sacrificiorum fiduciam suam collocantes, non tanta eorum vim esse; quas enim a Deo victimas requirit, vivum pietatis precem, gratiarum actionem, mentemque gratuitâ Dei bonitate & Christi meritis fidem. Hoc uno modo, non alii, Deum placari. Præterea objurgat simulatores pietatis hypocritas, verbis, adumbrata specie, ceu veste tegentes superbiam, maleficia, furta, adulteria, fraudes, calumnias, obtrectationes; putantes interim, Deum se itidem ut homines fallere & latere posse: sed id frustra vere, enim judicium secturum esse, in quo omnia, etiam occultissima, palam sint futura. Deus igitur operam, ut veris illis victimis homines reconcilient, veræque salutis participes reddantur.

Carm. genus VI.

QUi frænat æquis legibus arbiter
Superba regum colla minacium,
Vocabit in jus orbem ab ortu
Solis ad Hesperium cubile.
Vultu 2 verendo tum sacer arduæ
Pulchra Sionis de specula loquens,
Ad gentis humanæ coactum
Concilium Deus ora solvet:
Non 3 facta semper non sinet impia
Impune grassari, veniet Deus:
Flamma vorax illum antecedet,
Vis rapidis agitata ventis.
Testes 4 vocabit, cum populo suo
Arcturus, *a* ignes, lumine conscio
Qui cuncta despectant ab alto &
Omniparæ *b* sola vasta terræ.
Adeste 5 primum gens mihi propria,
Gens sancta (dicet) cui super hostiis
Legem dedi rite offerendis,
Perpetuum pepigique fœdus.
Hic 6 equitatem judicis igneus
Miratus æther justitiam Dei
Annunciabit: nam sedebit
(Ne dubita Deus ipse index.
Audi 7 Abrahami progenies boni,
Peculiaris gens mihi te voco
Testem benignitatis in te
Perpetuæ, & solidi favoris.
Non 8 arguam te, quod mihi victimæ
Cuore raro altaria sparseris.
Aut parcus armenti cremaris
Vera sacris *c* holocausta flammis,

Non

Non 9 taurum egenus te de stabulis peto,
Hirsutumve caulis, Io omne pecus meum est
Quod montium antractus pererrat,
Quod nemorum regitur latebris,
Nec I I me volucris rupis in edito
Usquam recessu nidificans latet!
Nota nulla p curato amictu
Rutis auris d genialis hospes.
Quod si sciat iste, feliciter ut petam
Aut necesse est, arbiter ætheris,
Terræ freique, & quicquid ingens
Orbis habet gremio capaci.
Taurine 13 ve cor carnibus, aut bibo
Hirci cruorem? pectore candido
Grates age, & quovis litabis
Rite Deo sine cade voto.
Tum 15 deprehensis rebus in asperis
Securus implora: auxilium feram,
Grates ut accepta salute
Lætus agas Dominumque laudes,
At 16 impium sic alloquitur Deus:
Qua fronte leges tu recitas meas:
Et ore sanctum impurus audes
Sacrilego memorare fœdus?
Tu 17 legum habenis impatiens regi,
Et institutis moribus & bonis
Juratus hostis, voce laudas,
Tecum animo mea verba rides.
Cum 18 fore fures consilium cois,
Mœchis acui tu te socium applicas:
At 19 probra projectus, dolosa
Perpetiem meditare lingua.
Cum 20 fratre juncti vincula sanguinis
Ore procacis non rabiem premunt:
Infamia germanum eodem

Non

Dedecoras utero creatum,
Et arbit aris me similem tui,
Quod perpetrata hæc dissimulaverim?
Ne crede: tecum expostulabo,
Ante oculos tua facta ponam.
Considerate hæc vos quibus excidit
De mente cæca mentio numinis:
Ne quum prehendam, nemo sit qui
De manibus mihi prensum tollat.
Sed a victima vis magnifica mihi
Mactare, laudes canta age gratias.
Hæc sic ut ad certam salutem,
Hæc supero via pandit axes.

PSAL. LI. Miserere mei Deus secundum.

Tribulatus hic quæritur est inter eos qui pœnitentiales ab Ecclesia appellantur. Eo David a Nathane admonitus, cùm jam adulterii & homicidii coram Deo deprecaturus, peccatum suum ingenuè confiteatur, & veneno hoc infelicis naturæ pravitatem, & immedicabilem illam delinquendi proclivitatem homini insitam, gemebundus ad se ibit: confugiens misericordiæ ad solus Dei gratuitam benignitatem & meritum Christi in quo unico veram mundiciem & innocentiam quærit, sequa invenire certo confidit. Ne autem denuo tantis piaculis se obstringat sceleribus, implorat ducem & rectorem actionum suarum Spiritum sanctum, cujus instinctu ipsum a lapsus fore immunem, & alios quoque in viam revocaturum, Deique clementiam perpetuo celebraturum confirmat. Denique præterea quæ sint sacrificia vere Deo grata, nimirum cor pœnitens & sanum peccatorum conscientia prædita, tum ipsa tandem, ut de Dei ignoscentia non desperet. Sub finem vero Ecclesiæ salutem & incrementa Dei commendat, veraque pietatis & fidei fructus illi promittit.

Cum

Carm. genus v.

O Salus 3 rerum, lachrymis precantum
Mollibus flecti facilis, rogantem
Leni exaudi scelerumque terras
Ablue sordes.
Usque 4 peccati a lave & b usque labem,
Dum repurgatum maculis pudendis
Purius corpus niteat recocto
Ignibus auro.
Nam 5 meam agnosco (pudet heu pigetque)
Ah miser labem, vitiique fœda
Mentis obversans oculis imago
Semper oberrat.
Reus 6 a coram te mihi testis unus
Auctor, verax, temerario ausu
Te probas linguas tua judicantum
Facta refutas.
Quippe 7 jam primo scelus usque ab ortu
Caret infectas vitians medullas:
Deque concepta genitricis haud
Semina labis.
At 8 tibi cordi est sine fraude veri
Simplicis candor, fideique certa
Fortitas, nullo labefacta duri
Turbinis ictu.
Hæc facis tanti, vitiis ut atris
Obtrito, legum sapientiæque
Tu mihi arcanæ facilis beatum in-
dulseris haustum.
Ergo 9 me hyssopi sator alme, lustra
Frondis aspersu: maculæque cedent,
Quas viva candorem tibi læta vincent
Puna nivalem.

Si 10 bonus lætum placidisque mittas
Nuncium, tristem mihi recreabis
Gaudio mentem: stupidos 11 recurret
Robur in artus.
Ne 11 meos lapsus oculus acutis
Semper observa numerave labes:
Sed malæ culpæ nimium tenaces
Ablue sordes.
Cor 12 mihi rectum, scelerisque purum,
O potens rerum genitor, relinge:
Spiritum firmum renova novata
Cordis in aulâ
Neu 13 mihi averas faciem, tuoque
Arceas vultu procul, auferasque
Spiritum sancta calida incitatus
Rursus ab træ
Redde 14 fœcundæ solido ut salutis
Gaudio per te fruar, inquieti
Spiritu motus animi rebelles
Principe fiema.
Tum 15 meo exemplo monuti scelesti,
Quos vafl flexit male suadens error,
Denuò legum duce me tuarum
Justa caressent.
Expia 16 noxâ mihi e fospitator
Cædis infandæ caput obligatum, ut
Te canam justum, pariterque lapsis
Parcere largum.
Tu 17 viam vocis mihi pande, murum
Tu Deus linguæ moderare plectrum:
Tum feram latè tua magna genres
Facta per omnes.
Victimæ 18 si te caperent, dediſſem
Victimam: sed te neque sanguis hirci
Fusus, aut sacris holocausta placant

Addita

Addita flammis.
Pœnitens 19 frandum ſcelerumque pectus,
Spiritus fracti, mala cor peroſum,
Hæc Deum placant: adhibe hæc, & abſque
Thure litabis.
Gentis 20 humanæ bone dux Sionem
Quo ſoles vultu facilis tuere:
Pace florentes Solymæ beatæ
Protegeturres.
Tum 21 tibi votis bona mens pudicis
Sacra perſolvet: facer hircus ignes
Paſcet, & ſanguis vituli calentem
Imbuet aram.

PSAL. LII. *Quid gloriaris in malitiâ, &c.*

Occaſionem huic Pſalmo dedit Doegus homo ſceleratiſſimus, qui ſuis calumniis non ſolum interfectiones ſacerdotum innocentiſſimorum cauſa fuerat, verum inſuper de eorum excidio triumphabat. Eum igitur contemtim alloquitur hoc Pſalmo, ejuſque malas artes & flagitia deſcribit, & ac tiſſimam illi pœnam comminatur: pios autem innocentes oppreſſos conſolatur, eorque vota & oliva inſtar floreſtes, fiu: oculis viſos hoſtium interitum, prædicit, proque hac tanta bonitate Deo ſegratum fore polliceatur.

Carm. genus X.

QUid 3 gloriaris impie
Tyranne pravis artibus?
Innoxiis clementia
Divina ſemper excubat.
Tua 24 lingua ſemper fraudibus
Intenta comminiſcitur
Neſas, nitente cotibus

Acutior novacula.
Te 5 prava rectis plus juvant,
Plus falsa veris recreant:
Dolisque & pestilentibus
Libenter aurem commodas.
Ergo 7 Deus te conteret,
Hominumque contubernio
Elim nabit, ac domum
Evertet omnem funditus.
Justus 8 videbit, & gravem
Dei pavebit dexteram;
Vanaque dignos exitus
Ridebit imprudentia.
En 9 ille gazis (inquiet)
Malisque fidens artibus,
Securus ille numinis,
Divinæ opis nil indigens.
Ego 10 ceu virens olivula
Domini in agello consita,
Florebo, spe fretus bona
Cœlestis indulgentiæ.
Te 11 semper inexcu pio,
Favoris cœlestis vindicem
Canam, & tuæ clementiæ
Spe, dura cuncta perferam.

PSAL. LIII. Dixit insipiens in corde, &c.

Psalmus quinquagesimus tertius idem argumentum habet cum decimo quarto. Sapis enim & Epicureos omnia plena esse asseverat, eorumque scelerata in perniciem piorum machinationes describit, eosque simulatæ illis tandem contumaciæ, quas sanctis irrogant, afflictionem & ejectionem cœlestem promittit.

Cum-

Carm. genus iii.

OPinionum 2 fœda mentem toxico,
Corpusque sceleru̇m sordibus
Contaminata turba, vela dum cupit
Suo furore obtendere,
Ferri ac referri sortis arbitrio omnia
Humana comminiscitur.
Ergo exsolutâ numinis formidine.
Dat frena turpitudini;
Scelesta, fœda, abominanda excogitat,
Excogitata perpetrat.
Ex 3 arce cœlâ siderum deflexerat
Dominus in orbem lumina,
Si quem videret fortè non penitus malis
Corruptum opinionibus,
Qui mentis oculis omnium fideliter
Rerum parentem quæreret.
Erroris 4 omnes nubilo fallacibus
Fraus illigarat cassibus.
Secuncti eisdem polluere sordibus
Nec recta cuiquam curæ erant.
Ergo 5 ille mitis, ille munificus parens,
Irâ incitatus asperâ,
Gens (inquit) ista plena sceleru̇m ac sordium,
Crudelis animo & impia,
Quæ panis instar devorat plebem meam,
Ecquando cognoscet Deum?
Ecquando mentis lumine in periculis
Agnoscet orbis arbitrum
Certè 6 timebit non timenda, & conscius
Vexabit horror pectora.
Nam Dominus ossa conteretque, & hostium
Ausus retundet impios;

Vultus

Vultum pudoris turpibus ſparget notis?
Turbabit animum infamiâ.
En 7 unquam Eoo lucifer ſalutifer
Abſque promet hunc diem?
Abarce Dominus quum Sionis arduæ
Speratam opem feret ſuis,
Patrſque vinclis liberos hoſtilibus
Reddet nepotes Iſaci:
Electa laudes illius gens ut canat
Perfuſa vero gaudio.

PSAL. LIV. Deus in nomine tuo, &c.

Pſalmo quinquageſimo quarto occaſionem præbuerunt proditiones Siphæorum, & ſimultates Saulis quæ deſcriptæ ſunt 1. Sam. cap. 23. & 24. In magno ergo periculo conſtitutus David, indutiâ quâdam ſibi datâ Deo ſalutem ſuam commendat, hoſtibus pœnam prædicit. Denique ſe voti ſemptem, gratum fore ſpondet.

Carm. ſeptus x.

RErum 3 parens me protege
Et ſævo ab hoſte libera;
Nomen boni ut colunt tuum,
Et vim pavescant impii.
Audi 4 benignus ſupplicem
Nec durus aurem queſtibus
Declude: 5 vitæ nam meæ
Crudelis hoſtis imminet.
Infeſtus hoſtis imminet
Vitæ meæ: nec vindicem
Dei potentis dexteram
Sibi imminentem reſpicit.
Rerum 6 ſed æquus arbiter

Opem

Opem feret: periculis
Me liberatum fulciet,
Et fospitem tuebitur.
Suis 7 peribit artibus
Scelesta fraus, & incident
In ipsa ceci retia,
Quæ clam mihi tetenderant.
Liber 8 periclo, victimis
Temunerabor: tecum
Patrem, bonis placabilem:
Malisque formidabilem:
Qui 9 libero molestiis
Mihi dedisti gaudia
Haurire læto lumine
De clade gentis perfidæ.

PSAL. LV. Exaudi Deus orationem, &c.

Precationem continet hic Psalmus plenam lamentationis & querelarum, de dolorum & periculorum Davidis magnitudine: de calumniatorum & maleficorum hominum violentiâ; & qua intimi cujusdam & domestici amici perfidiâ. Orat igitur, ut hi omnes justis a Deo pœnis obruantur, certâ interim cum fiduciâ Deo se suaque omnia commendans, & spem non dubiâ liberationem expectando se confirmans.

Carm. genus v.

CÆlicum 2 rector bone, mitis aurem
Admove in rebus trepidis vocanti,
Nec meos vultu tetrico severus
Despice questus.
Aspice 3 attentus mihi quo tumultu
Æstuet pectus: gemitu dolores
Quo fremant, dum vis mihi frausque sævi
Imminet hostis.
Imminet 4 sævus capiti tyrannus,
Et meæ famæ meditatur atrox
Crimen,

Crimen, & secum furit impotenti
Turbidus irâ.
Cor 5 micat, nervis trepidant solutis
Ollium nexus, 6 animus labascit,
Semper & pallens oculis oberrat
Mortis imago.
E go 7 sic mecum loquor: O quis altos
Nubium in tractus celeri columbæ
Me levet pennâ nemorum & remotis
Sistat in antris?
Ut 8 procul curâ trepidâ metuque,
Aucupium 9 solos habitem recessus,
Ocyor ventis ferar & corusci
Fulminis alis?
O 10 Deus linguas mutile perde pravas,
Illitas linguas gelido veneno:
Quæ dolis, probris, rabidisque vexant
Litibus urbem.
Sive 11 lux fundat radios micantes
Sive nox fundat tenebras opacas,
Excubant moris maledicta vicis
Omnibus errant.
Vis 12, furor, fraudes, scelerum libido
Obsidet cunctos auritus viarum,
Et fames auri miseram rucidans
Fœnore plebem.
Si 13 palam exvos inimicus ensis
Stringeret, si clam laqueos pararet,
Dente si Famam peteret maligno:
Æquior essem.
Tu 14 mihi mutabilis comes & sodalis,
Mores [illegible] & auctor
[illegible] Fœdere mensæ.
Gentis 16 humanæ moderator, orbem

Qui

Qui salutari regis æquitate,
Fraudis auctores scelerumque vivos
Obrue terrâ
At 17 mihi attentam dabis æquus aurem,
Sive 18 lux promat radios ab undis,
Sive lux condat radios sub undis,
Vespere sero,
Inter 19 hostes dabis ut tumultus
Tutus evadam mihi nam superbis
Viribus fretus numeroque sævus
Imminet hostis.
O 20 potens rerum, sine fine pœnis
Tu premes justis scelus impiorum,
Arrogans pectus quisquis obstinatâ
Intumet irâ;
Pace 21 qui ficta simulant amicæ
Mentis affectus, animoque virus
Occultant prisco neque facta curant
Fœdera ritu.
Lacteus 22 blando fluit ore rivus;
Pectora spirat fera, suavioque
Balsamo sermo secat instar ensis
Vulnere cæco:
Tu 23 tui curam Domino relinque,
Is tuos gressus reget, is dolores
Leniet, justumque ope sublevabit
Rebus in arctis,
Impio 24 fallax, avidoque cædis
Vita mors rumpet viridem in juventa:
Mi tute, rector bone, spes favoris
Certa fuisti.

PSAL. LVI. Miserere mei Deus, quoniam, &c.

Hoc etiam Psalmo Deo auxilium in maximis periculis, quæ enumerans, invocat David Deumque spem & colu-

men

men salutis suæ unicum constituit describit præterea calumnias & molitiones furum hostium & contra eos Dei vindicis ultionem implorat: Dei quoque præsentiâ, providentiâ, benitate & veritate fretus seipsum cum quâdam fiduciâ consolatur; Deoque se gratum & obsequentem fore promittit.

Carm. genus vi.

ORbis 2 creator me bonis adspice,
Injurioso quem pede prorutum
Hostisque conculcat, premitque
Assiduis agitans periclis
Conculcat 3 hostis me numero ferox,
Et insolenti sævitiâ premit;
Nec liberas luces laborum,
Nec vacuas finis ire noctes.
Seu 5 luce terror sollicitus mihi,
Seu nocte circumstat, pater optime,
Spes rebus in duris mihi una
Et columen a superas salutis.
Te 5 fretus uno, pollicitis tuis
Innixus unis, nec meruam dolos
Mortalium cæcos, minasque
Terrificas & apperta bella.
Calumniantur 6 quæ loquor omnia,
Pravaque carpunt facta libidine:
Hunc confer ut omnem laborem, ut
Exitium mihi moliantur.
Cœtusque 7 cogunt, & capiti meo
b Quâ fraude, quâ vi jugiter imminent:
Vestigia observant, nec horam
Insidiis vacuam relinquunt.
Impune 8 tantam nequitiam ferent?
Praxique fructum consilii legent?

O

O arbiter mundi, nec illos
Dignaris agis in ruinam ;
Labores tu numeras fugæ :
Lacrymas repositas tu lacrymas meas
Servas : apud te certa constat
Illisque mei ratio doloris.
Autem 10 vocanti tu facilem mihi
Das atque inanes spes facis hostium :
Et signa non obscura amici
Das animi, & stabilis favoris.
Te 11 fretus uno, pollicitis tuis
Innixus unis, nil metuam dolos
Mortalium cæcos, minasque
Terrificas & aperta bella.
Te 12 semper ergo carmine patrio
Laudabo vitæ præsidium meæ :
Ex 13 hostium ferro dolisque
Incolumis tibi vota reddam.
Te 14 liberatus vindice, te meum
Firmante gressum, ne titubent pedes,
Dum spiritus fovebit artus,
Jussa sequar tua rector orbis,

PSAL. LVII. Miserere mei Deus, &c.

Hic quoque Psalmus precationem continet, cum quædam fiducia Deum compellantem, ejusque auxilium in rebus adversis & periculosis implorantem, hostibusque minantem exitium. Huic in fine additur promissio actionis gratiarum, pro patrocinio & defensione, quasi ea jam sit impetrata.

Carm. genus II.

SAncte parens, miserere animæ pereuntis, & omnem
Late salutis quæ locavit spem suæ,

Mequæ

Meque tuis alis rectum d fende, procellæ
Dum ſævientis impetus a deferveat.
Te 3 voco, te ſolum (in rebus quod reſtat egenis)
Appello, ſuppex & tuam implo ro fidem.
Te voco qui cumulata mihi promiſſa refundes,
Et cœpta duces proſperos ad exitus:
Qui 4 mihi ſubſidium è cœlo præbebis, & hoſtis
Iamiam imminentis liberabis fœcibus:
Qui dabis auxilium ex adyto ſublimis olympi,
Memorque fidei & priſtinæ clementiæ.
Inter 5 enim ſævos hab to feritate l ones,
Flammam vomentes verſor inter belluas,
Lingua quibus ſævo proſcindit acutius enſe,
Dentes ſagittis lanceæque cuſpide.
O 6 Deus auguſtam celſo caput exſere cœlo:
Oſtende terris gloriæ jubar tuæ.
Explicuere 7 meis pedibus ſua retia: terræ,
Me ſævus hoſtis penitus afflictum premit.
Et ſcrobibus foſſis iter obſ dere: ſed ipſi
M hi paratas in ſcrobes cæci ruent.
Mens e invictamalis, animi vigor integer, orbis
Te voce rector, te celebrabit lyrâ.
Eia age depoſitis mens expergiſcere curis,
Et tu canora barbitos cum nablis.
Ocyus auroræ quàm e lucifer excitet ignes,
Aurora cantus quam volucrum exſuſciter.
Te 10 pater alme canam: populos tua facta per omnes
Quacunque tellus panditur, vates feram,
Nam 11 tua fideli bonitas faſtigia cœli
Fideſque tractus nubium ſupervolat,
O 12 Deus auguſtum nitido caput exſere cœlo,
Oſtende terris gloriæ jubar tuæ.

PSAL.

PSAL. LVIII. Si vere utique justitiam, &c.

Hoc Psalma David indignabundus severe alloquitur proceres Saulis; eorumque nequitiam, dolos, calumnias & violentiam describit, gravitereque accusat; Deique vindictam ultionemque contra eos implorat: quam quidem brevi ipsos, cum lonorum gaudio, oppressam esse, prædicit atque ita futurum, ut Deum defendendis piis bonitas, & in puniendis impiis justitia clarissime elucescat.

Carm. genus vi.

Qui 2 jura celso de solio datis,
Qui fræna legum flectitis, en erit
De plebis ut cautis egenæ
Indicio statuatis æquo?
Quin 3 mente pravâ nequitiam & dolos
Versatis, sub umbra justitiæ regunt
Iniuriam: factis honesti
Objiciunt speciem pudendis.
Materna 4 ab aluo flagitii viam
Sensim sequuntur, perque suos gradus
Obliqua sectandi libido
Cum teneris adolescit annis.
Linguis 5 venenum pestiferâ gerunt,
Auresque 6 claudunt consiliis, velut
Obturat aures callida aspis,
Quæ magicos metuit susurros.
Confringe 7 malas, ô Deus, impudens
Os comminutis contere dentibus:
Et rictibus sævis hiantes
Hos inhibe catulos leonum.
Emissa 8 fracta cuspide spicula
Intercidant, nec vulnera perferant:
Ipsique vanescant repente,

Fer

Per bibulas velut undia arenas.
Senſim 9 liqueſcant, & undique adus velut
6 Limax; acerbo ſu ere ſteterunt
Vitale lumen ſuore d œnus
Ante ſuum peregrinorum.
Florentis 10 ævi
Vis atra tollat progenies, priùs
Quam ſi culus ſpinis ne tus
Exſerat, & ſtimulis acutis,
Pœcunda 11 latè brachia p
Juſtique pœnas vindicet exitus:
Læti videbunt, ſanguine
Sub pedibus fluvium cruoris,
Vitæ 12 bene actæ gens hominum ſciet
Manere juſtos præmia: at improbos
Manere pœnas, arbitrumque
Eſſe Deum ſciet orbis æquum.

PSAL. LIX. Eripe me de inimicis, &c.

Hic quoque graviſsimis periculis divexatus David, ad ſolius Dei auxilium confugit, certaque fiducia ſtatuis, brevi fore, ut & hoſtis acerviſsimas pœnas luant: eripiantur autem & protegantur verè fii. Pro eo igitur beneficio aſſiduum gratiarum perpetuam Deo promittit.

Carm. genus X.

A E 2 hoſtis inclementiâ
Me rector orbis aſſere.
Defende vi crudeliter
Me temper oppugnantium.
Ab 3 improbis me protege
Lætis cruore innoxio,
Mecæ 4 ſaluti per dolum

Qui

Qui cæca tendunt retia.
Ultrò 5 immerentis in caput
Consilia cuncta conferunt:
Exsurge 6, teque pessimis
Fer obviam conatibus,
Oratibter mortalium
Et agminum cœlestium,
Favore semper qui pios
Peculiari amplectetis,
Exsurge, pœnis impias
Compesce gentes: perfidis
Ne parce, qui sibi favent,
Nefanda quum patraverint.
A 7 sole 300 ad hesperum
Perambulabant compita,
Et instar oblatrantium
Canum feroces obstrepent.
Nihil 8 nisi metum crepant,
Ferrum, cruorem, vulnera:
Et quæ loquuntur propalàm,
Clàm posse reatur obrui.
Meæ 9 salutis tu Deus
Tutela præsens, irritas
Ridebis iras, & tuâ
Me dexterâ tueberis.
Tu 10 robur es meum, meæ
Vires, & arx fiduciæ.
Ergo quieto pectore
Exspecto spe tui auxilâ.
Dissimina 11 imminentia
Ope anteverte: & malis
Fraudes hostium superbiâ,
Ne o fruar spectaculo.
Ne 12 prorsus impios tamen
Unâ ruinâ elimina,

Oblivioso

Oblivioſo ne pii
Torpore recta negligant:
Sed error illos diſſipet
Vagos per orbis ultimas
Oras: tuaque dextera
Semen piorum protege.
Ob oris 13 arrogantiam,
Viruſque linguæ noxium,
Mendacia & perjuria,
Conſume ſemen impium.
Evelle 14 ſtirpe ab ultima
Juſti furoris impetu,
Ut nôrit orbis ultimus
Deum bonorum vindicem.
A 15 ſole Eoo ad heſperum
Perambulabunt compita,
Et inſtar oblatrantium
Canum procaces obſtrepent,
Paſſim 16 vagati, pauperem
Victum ut parent, ſub veſperum
Serum petant cubilia,
Victus egente pauperis.
Ego 19 interim Deum canam
Fortem bonumque in aſperis
Rebus ſuorum vindicem,
Fidumque propugnaculum.
Deum canam, qui roboret
Me ſuſcitt, auget viribus,
Benignitate ſublevat,
Tuetur arx ut ænea.

PSALM. LX. *Deus repulisti nos &c.*

Conſcriptus eſt hic Pſalmus in calamitatibus & miſeriis publicis bellorum contra Ammonitas, Idumæos & Syros.

Sæpe quo tempore Deus aliquando gentem suam propter peccata videbatur deseruisse. Pro se igitur & suas oras Israhel, & tanquam voti jam compos certo secuturas de hostibus suis victorias ordine commemorat; easque omnes, non propriis viribus, sed Dei potentiæ & bonitate refert acceptas.

Cerm. genus II.

SAncto 3 parens nostris vitiis offensus, abactos
Pressosque duris dissipasti nos malis:
Placatus mitisque veni, tamque immemor iræ
Salutis auctor ad tuos revertere.
Omnes 4 agerrimis, recolentibus, adhisisti:
Committere imas, resiccare quassarum solum.
Dura 5 tuæ genti spectacula frendere dedisti
Inebriatæ poculo formidinis:
At 6 tepidos tandemque animi miseratus egenos,
Signum salutis effores: quæ te colunt,
Veritatis ireti bona lis forma dine metuum
Erigere rursus audeant ut verticem:
Eripiasque 7 tuos gelidi formidine lethi
Præsens & opifer invocantes audias,
Audis. Sanctoque Deus flammantis olympi
Vocem rependit gaudii pronuntiam:
En tibi frugiferos Sichimæ tisspertiar agros:
Vallem Suchoti metiar decempeda:
Non 9 mihi parent Iacobi pignora, quisquis
Vel pecore tondet arva, vel vomere secat?
Oppida sub pedibus Syriæ cal abescapribæ,
Moabum, galumen & exhalantias domos.
Quis ex mihi pandet iter munita duratorad arces?
Non Idumes divitis quis iruet?
Quis [illegible] præmonitis Deus unice tutor.
[illegible] sedibus relinquerat,
Offen[illegible]

[illegible]ostros

Noſtros præibas dux, ut antè, exercitus?
Nunc 13 pater auxilium rebus bonus adfer in arctis.
Humana fallax credulos ſpes decipit:
Te 14 duce, victrici decorati tempora lauro,
Pedibus prememus hoſtis arrogantium.

PSAL. LXI. *Exaudi Deus deprecationem, &c.*

Pſalmo hoc David ſe & regni ſui ſalutem Deo commendat quem regna & conſtituere & ſtabilire, proſque reges defendere aſſeverat; proque eâ benignitate gratias Deo vovet ſempiternas.

Carm. gonus xv.

AUdi 2 voeantem me bonus, & meis
Intentus aurem da precibus Deus.
Projectus 3 oris orbis in ultimis,
Ad te recurram rebus in aſperis
Me ſiſte rupis culmine in arduo
Procul periclis. 4 ſemper enim tui
Spe fretus, hoſtis tutus ab impetu,
Munitæ arcis præſidio fui.
Tentorio 5 fac ſemper ut in tuo
Degam ſub alis protegar & tuis:
Qui 6 lenis aurem das precibus meis,
Qui vota lætum ducis ad exitum
Frenare ſceptris tu metuentium
Hæreditatem das mihi: 7 regiæ
Tu longa vitæ tempora porrigens,
Nec dies peractis ſæculis ſæculis.
Securus 8 ut te perpetuò colat
Rex, liberalem porrige dexteram
Fortunâ in omni: quaquâ ſoles fide
Pax ut fruatur pollicitis tuis.

Ac

Ac 9 um periculi liber ab asperi-
te voce, dulci te citharâ canam
Dadi tenaecm, & munificum tuis;
Et vota ad aras perpetuo feram.

PSAL. LXII. Nonne Deo subjecta erit, &c.

Commemorat hoc Psalmo David fiduciam suam solius Dei in omnibus rebus adversis, præsidio nitentem: & gravissime objurgat homines improbos: eorumque calumnias, fraudes & scelera describit. Deinde suis exemplo adhortatur omnes pios, ut simili affectu soli Deo confidant, nihil enim venire esse regibus, principibus, robore, potentâ, divitiis & omnibus rebus humanis: cum solus Deus sit omnipotens, justus & bonus.

Carm. genus iii.

MEns 1 acquiescit unicè mea in Deo
Hinc spes salutis; arduis
In rebus arx hæc, tutus 3 hoc munimine
Nullum tremiscam ad imperum.
Quousque 4 tectis fraudibus subvertere
Innoxium tentatibus?
Pœnas daturi mox & ipsi improvidi
Iamiam imminentis exitus,
Proni in ruinam incumbitis, ceu mœnia
Saxis solutis putria:
Et 5 interim omnes corporisque & ingeni
Vires eo contenditis.
Vobis placetis fabulis vanis, gradu
Turbetis impii ut pium
Clam devovetis corde tacito, propalam
Laudatis ore subdolo.
At 6 tu acquiesce mens mea in Deo tamen;
Hinc spes salutis, arduis

In rebus arx hæc: tutus 7 hoc munimine
Nullum tremiscam ad impetum:
Spes 8 inde vitæ & gloriæ pendet meæ,
Et roboris fiducia.
Quocunque 9 cœli gens colis sub sidere,
Huic crede rem, sobolem, domum:
Omnes ad illum mentis ægritudines,
Et læta defer & refer;
Sempe. que præsens numen ejus omnibus
Adesse cœptis senties.
Ventosa 10 regum & principum potentia
Est vanitate vanior,
Adeoque fumo, levior, ut, si principum
Hac lance vires omnium,
Inanitatem hac colloces, cunctas simul
Inanitas præponderet.
Ne 11 firma spera parta per vim ne nimis
Confide stultis viribus.
Opes abundant affluenter, ne bonis
Da rebus animum credulum.
Semel 12 est profatus nec semel tantum Deum
Id profitentem audivimus,
Se posse solum cuncta, se solum bonum,
Et arbitrum rerum unicum;
Bonis 13 benignum semper & placabilem.
Malisque formidabilem.

PSAL. LXIII. Deus Deus meus ad te, &c.

His verbis David exsul ardentissimum in cœtum veræ Ecclesiæ redeundi desiderium testatum facit, simulque indicat, in ipso exsilio Dei se laudibus, præconiis & amori totum deditum esse, certoque credere, brevi futurum, ut hostibus sublatis, ipse regno & patriæ restituatur.

Carm.

Carm. genus xviii.

DEus 2 salutis auctor & custos meæ,
Te veneror, roseus quum fugat astra dies,
Te mens anhelat, membra sitiunt languida;
Terra velut pluvias arida quærit aquas.
Quamvis 3 arenas aridas æstu colam,
Præsentem Dominum mens videt usque meum.
Non aliter, adyta arcana quàm si conspicer,
Numinis adservant quæ monimenta tui.
Nec 4 dulcis æquè est vita, quàm benignitas,
Quâ vitam munis prosequeri que meam.
Ergo 5 remotis dissitus quamvis locis,
Præsidio tu tus te celebrabo tuo:
Tui sonabunt nominis præconia
Quæ dederis vitæ tempora cunque meæ:
Nec 6 victus æque recreat corpus, tua
Excitat ut mentem laus celebratum meam.
Tu 7 nocte carmen, manè tu carmen mihi es;
Tu 8 trepido præsens fers mihi semper opem.
Securus alis conquiescо sub tuis
Teque procul curis & tua facta canam.
Te 9 quærit animus, te colit, te a deperit:
Tu validâ fulcis me pater alme manu:
At 10 qui laborant per nefas me perdere.
Consiliis pravis digna ruina premet.
Ferro 11 profundent spiritum nefarium:
Membra dabunt avidis dilanianda lupis.
Rex 12 lætus autem vindicem agnoscet Deum,
Et quicunque Dei numina rite colunt.
Vitu stupentes contescent impii,
Spe stolidâ fluxis qui tumuere bonis.

PSAL XLIV. Exaudi Deus orationem.

Hic quoque Psalmus descriptionem continet malitiæ, calumniarum, & impro bitatis virulentæ hostium Ecclesiæ, quibus gravissimas pœnas in summa hominum piorum exsultatione & gaudio, comminatur.

Carm genus viii.

AUdi 2 sancte parens non tetricus preces
Te poscentis opem rebus in asperis:
Et fallacis ab hostis
Vitam fraudibus eripe.
Pravorum 3 tacitis factio me dolis
Oppugnat, trucibus consiliis fremunt,
Conspirantque scelesti:
Tu me dux bonus eripe.
Linguas 4 ceu gladios exacuunt suas:
Oris pestiferi verba nefaria
Intentant, medicata
Tanquam spicula toxico,
Ut 5 rectos animi ex insidiis petant,
Et securi avida mente coquunt nefas:
Nec quenquam malefacti
Formidant fore vindicem.
Designant 6 animis horrificum scelus,
Et sævo laqueos consilio parant:
Inter seque loquuntur,
Nemo conscius hæc scier.
Cor 7, mens, ingenium, consilium, labor
Huc tendunt: facies ut scelerum novas
Et fraudem meditentur:
Huc unum studium fuit.
At 8 illos subito cuspide spiculi

Incautos

Incautos feriet magna Dei manus,
Et lethalia certa
Figet vulnera dexterâ.
Spectantes 9 gelidus corripiet timor,
Auctori exitium quum videant suæ
Dirum immittre *b* linguæ
Virosæ m la toxica
Gens to humana tuæ robora dexteræ
Agnoscet, meritis laudibus efferet:
Et mirabitur aliæ
Lumen *c* perspicientiæ.
Justi 11 spes animos eriget, & Dei
Tutus præsidio letitiâ fremet:
Et gaudentia corda
Vero simplice gestient.

PSAL. LXV. Te decet hymnus Deus, &c.

Habet hic Psalmus commemorationem multiplicium Dei beneficiorum tam spiritualium quam corporalium, quæ omnia mirâ quadam verborum elegantiâ prædicat, proque iis gratias Deo immortali agit.

Capm. genus v.

TE 2 manent laudes Deus in Sione;
Hic tibi castis *a* operata sacris
Vota gens solvet tua, victimisque
Imbuet aras:
Quique 3 tam præsens tibi supplicantum
Exitus votis tribuas secundos,
Te petent gentes sub utroque mundi
Axe jacentes.
Nostra 4 nunc justis scelerata factis
Nos premunt pœnis: facilis querelis

Tu tamen flecti, mala servitutis
Vincula frange.
O 5 quater plusquam quater ô beatos,
Quos leges lecto facies amicos,
Ut colant puri tibi dedicati
Atria templi.
Illa lux felix, cumulata cunctis
Lux bonis, pectus satiabit ægrum.
Gaudio, quæ nos reduces sacratâ
Sistet in æde.
Annues 6 nostris facilis querelis
Finium terræ Deus ultimorum
Spes, & extremas maris ambientis
Gurgite terras.
Tum stupor mentes quatiet tuentum
O Deus nostræ columen salutis,
Te malis durum, miseris benignum,
Omnibus æquum,
Tu 7 potens rerum validisque pollens
Viribus, firmat stabili catenâ
Montium tractus ô jugaque inquietis
Tunsa procellis.
Tu 8 maris nigris agitata ventis
Terga componis: cohibes rebelles
Gentium motus, placidaque mutas
Pace tumultus.
Ultimi 9 rerum tua signa nôrunt
Et pavent fines quoties coruscis
Turgidum flammis fremuit sonoro
Murmure cœlum.
Quique Eoos habitant ad ortus,
Et quibus sera face Phœbus undas
Tingit auctorem tebilares fatentur
Lucis & umbræ.
Tu 10 solum terræ fitientis imbrem

Lætus

Lætus inviſis, gravidæque nubis
De ſinu fundis genitale pigros
Semen in agros.
d Alveus pleno tibi ſemper amne
Turgidus l e tâ no at arva fruge,
Floribus campos, nemorum virentes
Fro de receſſus.
Rore 11 tu leni ſo'a e contumacis
f Maceras terræ, ſubigiſque glebas:
g Ebrios ſulcos viridante h amictu
Meſſis inumbras.
Qua 12 feres greſſus, renovabis annum
Fertilem frugum: vegetanſque fœtus
Per cavas valles riguoſque ſaltus
Impluet humor.
Geſtiet 13 pauper tuguri colonus,
Lacte diſtentas comitans capellas:
Mugient colles, & amica feſſis
Sylva juvencis.
Spes aratoris cupidas fovebit
Fluctuans læt s ſeges alma campis:
Ut canat feſtâ tibi feriatus
Carmen in umb. â

PSAL. LXVI. *Jubilate Deo omnis terra, &c.*

Pſalmus hic cohortatur & excitat ſubinde omnes homines toto terrarum orbe habitantes, ut pro maximis & incredibilibus beneficiis Deo ſuo gratias agant quæ ipſa ſingula beneficia tam vetera, quam recentia, commemorantes.

Carm. genus xix.

Discantus.



Altus.







Eia 2 Domino jubilate :
Nomen ejus, numen ejus
Fette in auftra laudibus.
Dicite 3 illi, Rector orbis
Sancte, quàm ſtupenda rerum
Eſt tuarum gloria.

Tenor.



Incolæ terrarum, ab ortu

Bassus.



Incolæ terrarum, ab ortu



Solis ultimum ad cubile,



Eia Domino psallite.



Solis ultimum ad cubile,



Eia Domino psallite.

Quanta virtus, quâ protervos,
Mente fracta cogis hostes
Supplices procumbere
Te 4 patentem lata honores,
Te potentem prona adoret
Tota rerum machina.

Voce blandâ te canamus,
Barbito dulci sonemus,
Carminumque cantibus.
Eia 5 adeste, facta cunctis
Cernite admiranda sæclis:
Acriterque expendite
Facta providi parentis,
Facta Domini consulentis
Arte mira servulis,
Vertit 6 æquor æstuosum
Aridæ in campos arenæ
Fluminis per alveum
Agmen ire gratulantem.
Ceu per arva sicca, fecit,
Stante fluctu languidò,
Fræna 7 unus orbem habenis
Sempiternis: intuetur
Et pios & impios.
Nec sinit sibi rebelles
Viribus fretos superbos,
Improbis votis frui.
Laus 8 Deo nostro per omnes
Orbis oras: omnis unum
Laudet illum natio.
Morte 9 liberavit unus
Nos propinquâ: fulcit unus
Liberos firmo gradu.
Igne 10 ut aurum examinasti
Nos periclis: 11 illigasti
Hostium nos cassibus.
Vincla 12 lumbis, fræna malis
Subtyrannis induisti
Impotentis imperî:
Sed prolapsos, fecit undas
Divitis transmeandas

Uber

a Uber agri exercitis.
Ergo 13 ſupplex introibo
Templa, victmaſque eædam :
Vota 14 ſupplex offeram,
Vota duris in periclis
Nuncupata. 15 pinguis agnus,
Cornigerque agni parcos,
Bos & hircus ſanguine aras
Imbuent nec thura deerunt
De *b* Sabzo ſtipite.
Dum 16 Dei benignitatem
Explico in me, cuncti adeſte
Qui Deum veremini.
Audit 17 ſtatim vocantem :
Nos vocantes audientem
Proſequamur laudibus.
Conſcios 18 ſceleris nefandi
Supplicantes rector orbis
Aure ſurdâ reſpuit :
At 19 mihi leuis bonuſque
Supplicanti ſemper aurem
Non ſeveram commodat.
Gratias 20 ago parenti
Optimo, qui ſe roganti
Aſperum non præbuit :
Qui ſua benignitate
Deſtitutum non reliquit
Rebus unquam in aſperis.

PSAL. LXVII. Deus miſereatur noſtri, &c.

Pſalmo ſexageſimo ſeptimo continetur votum, ut Deus pro infinita bonitate & miſericordiâ ſuâ, Eccleſiam omnibus bonis tam æternis quàm præſentibus cumulet. eo quoque nomine, ut ipſe debito honore & præconiis ubique terrarum celebretur.

Carmi-

Carm. genus v.

ARbiter 2 mundi, placidus bonusque
Parce delictis solito & favore
Terra fac lætis segetem, pecusque
Nutriat arvis.
Nota 3 per terras bonitas ut omnes
Sit tua, & nostræ studium salutis
Mente quos curas patria, regisque
Rebus in arctis:
Ut 4 tuas laudes populi per omnes
Prædicent terras, bonitatis usque ad
Terminos rerum celebretur omnes
Fama per urbes.
Omnis 5 exultet locus omnis ætas
Gestiat plausu & a fremitu secundos
Res quod humanas moderentis æqui
Juris habenis.
Ut 6 tuas laudes populi per omnes
Prædicent terras, bonitatis usque ad

Carm. genus XX.

Discantus.



Altus.



Ter-

Terminos rerum celebretur omnes
Ja na per urbes.
Si 7 tuæ genti faveas benignus, 1
Conditor mundi bone, messis agros
Vestiet vites oleæque colles,
Gramina campos.
Si 8 tuæ genti faveas benignus.
Conditor mundi bone, te pavebunt
Et colent gentes sub utroque mundi
Axe jacentes.

PSAL. LXVIII. *Exurgat Deus, &c.*

Psalmus hic splendidissime celebrat Dei potentiam invere dibilem, & bonitatem plane admirandam, eique pro variis beneficiis & liberationibus, proque victoriis multis et miracu lis perpetuoque adeo præsentia sua gratias agit immortales, inque Dei hac clementia, et benignitate cum sancta quadam superbia mirifice gloriatur et exsultat. Describit etiam magnificentissimam Dei de devictis hostibus pompam triumphalem, qua Christi gloriosam in cælum ascensionem multis antea sæculis adumbravit. Sub finem omnes homines denuo ad gratiarum actionem suo exemplo cohortatur.

Tenor.



O qui perpetuis orbem moderaris habenis,

Bassus.



O qui perpetuis orbem moderaris habenis,
Placidos

Placidos bonus exſere vultus:



Placidos bonus exſere vultus :

Impietaſque exoſo tuas pa'er optime, leges,
Tremefacta repentè faceſſet,
Ut 3 levis in tenues fumi vapor effugit auras,
Ut cera liqueſcit ab igni.
At 4 lætis pia turba animis ſua gaudia plauſu
Teſtabitur, & tibi, rerum
Sancte 5 parens *a* pœna canet, qui lucida cœli
Veheris ſuper aſtra, nec ævi
Incluſis ſpatiis, æternis legibus orbem
Æternus & ipſe gubernas.
Te 6 canimus læti & lætos renovamus honores
Qui celſi è vertice mundi
Reſpicis humanas curas: & partibus orbos
Pueros, viduaſque maritis
Proſequeris patrio affectu: 7 qui prole beatâ
Steriles ſolare *b* hymenæos:
Comped bus vinctos ſolvis: populi arva rebellis
Bibulis ob'ucis arenis,
8 Iſacidæ *c* Nilo quum te ductore relicto,
Arabum per inhoſpita ſaxa
Errarent, 9 tremuere ſoli penetralia: cœlum
Maduit ſudoris anheli
Impribus: a vultu Domini conterrita duræ
Tremuere cacumina *d* Sinæ.
Arva 10 ſibi ſelecta bonus rigat imbre benigno:
Et quum labefacta fatiſcunt,

Confirmat



Placidos bonus exſere vultus:



Placidos bonus exſere vultus:

Confirmat recreatque afflicta: 11 ſuoque fœnda
Dat habere gregi: nec egenam
Temporibus durus virtutem deſerit. 12 Arma
Trepidâ formidine belli
Quum quatient animos, lætum celebrate triumphum
Fœneris dabit ille puellis:
Sufficietque ſuas in laudes carmina 13 reges
Numeroſo milite freti
Tergadabunt, latebraſque petent: ſpoliiſque fruetur
Imbellis turba relictis.
Veſtra 14 licet ſomno ſternantur corpora nigræ
Inter fulgores ollas;
Alla tamen virent nitidam candore columbam
Rutilæ cervicis honore,
Quæ nunc argentum nitidum, nunc lumina blandum
Radiantis provocat auri.
Quum 15 Deus omnipotens traduceret agmina regum
Longo ſpectanda triumpho,
Squalida quæ luctu & tenebris Solyma antè jacebat,
Niveâ tum luce refulſit:
Ceu nive vicinos inter candentia colles
Salmonis culmina fulgent.
Uſque 16 ſibi *f* Baſan placeat, jactetque ſuperbus
Faſtigia proxima cœlo:
Ne 17 tamen herbiferos ſaltus, ne paſcua ſacro
Auſit conferre Sioni:

Quam propriam patero mnipotens in ſæcula ſedem
Legit, lectamque tuetur:
Ille 18 pater, quem cœlitum tot millia currûm,
Equitum tot millia ſtipant:
Sive ille excelſæ vehitur per culmina Sinæ:
Sua ſeu ſacraria viſit:
Seu 19 ſcelerum vindex celebri petit aſtra triumpho,
Captivaque colla catenis
Vincta trahit: victæ paſſim donaria gentes
Cumulant: Paulo ante rebelles,
Poplite nunc flexo venerantur templa Sionis.
Igitur 20 celebramus honores
Jure tuos, nullam nobis qui munere l cem
Vi cuam finis ire, 21 ſalutis
Unica ſpes noſtræ: nempe unus fræna gubernas
Vitæ & irremeabilis Orci
Unus clauſtra tenes, & nutum fata ſequuntur,
Inimicos 22 vulnera ecco
Tu figis longa ſcelerum tu ſorde ſepultis
Lethali tempora plaga
Dividis, 23 At caros ſit conſolaris amicos,
Extremo allitore ponti
Vos ego crudeli incolumes ex hoſte reducam,
Rubri ceu trans freta ductos
Æquoris à ſævo incolumes ſervavimus *b* Ogo,
Cæſorum 24 in ſanguine regum
Tingent crura: canes hoſtilia vulnera lambent.
Lætæ 25 ſpectacula pompæ
Adſpicient, pater alme: tuo, pater alme triumpho
Plaudent tua templa petentes.
Antcibunt, 26 qui voce canant, qui *c* ymbola pulſent,
Citharæ tuba-juncta, tubæque
Tibia, quæque tuas celebrent fortiſſime laudes
Docte pulſare puellæ
Tympana: 27 te populi cœtu fremituque ſecundo

Et

Et plausu ad sidera tollent:
Isacidæque tuas in laudes ora resolvent:
Iuuenis 28 de stirpe creatus
Benjamini, Judæque aderit generosa propago:
Neque clarus Zabulon deerit,
Nephthalidæque duces: 29 Nam tu tua jussa sequutis
Vires que animosque ministras:
Claraque victricidas tempore cingere lauro.
Solymæ 30 victoria præpes
Ex adytis volat. Ergo ferent tibi munera reges,
Atque ad tua templa ferentes
Munera, te super astra ferent. 31 tu freta sagittis
Lethalibus agmina fundis:
Tu fortesque domas dextras animosque rebelles;
Humiles tibi pendere cogis
Vectigal factosque duces: avidique cruoris
Vindex populi agmina perdis.
Quique 32 bibunt nilum quà mergitur æquoris undis
Quique ipso fontis in ortu,
Accurrent, pacemque petent, opulenta ferentes
Tibi munera supplice dextrâ.
Regna 33 hominum celebrate Deum, date carmine
Qui templa gubernat olympi. (Regi.
Æterna æternus: 34 cujus mortalia cuncta
Vocem tremefacta pavescunt.
Hunc 35 fortem celebrate, unique accepta referte
Bene gesti prospera belli.
Cujus in Isacidis resplendet gloria, cujus
Tessa t rrobora nubes,
Cujus 36 ab arcano templo venerabilis horror
Stupefacta in pectora manat.
Isacidûm Deus, ille, Deus, qui robore nervos
Animosque vigore suorum
Implet, ei laudes Iacobi dicite proles:
Etenim Deus ille deorum est.

TSAL.

PSAL. LXIX. Salvum me fac Deus, &c.

Repræsentat hoc Psalmo David magnâ ex parte personam Servatoris nostri Iesu Christi, Querelis enim & lamentationibus grauissimis suas angustias, dolores, multitudinem hostium, auxiliique diuini moram enumeret, sequi innocentem alieno um peccatorum panas iure, & in summis miseriis, non modo nul i, ne propinquo quidem, miserabilem esse; verum ab iis etiam, quorum causa hæc patiatur, laud bro haberi, sibique pro cibo fel, pro potu acetum præberi conqueritur. Ad fidus igitur Dei auxilium confugit, simulque pro veræ Ecclesiæ membris erat. ne illis cepatis desp mitate offensa deficiant. Hostibus deinde, tanquam impœni en ibus & de peratis mala præsentia & æterna imprecatus: se autem Deo pro beneficiis, quæ enumeret, gratias actuum, suoque exemplo eodem alios perdulturum esse, promittit.

Carm. genus ii.

SAncte 2 parens, fer opem lasso: torrentibus undis
Pene obruerunt me malorum flumina.
Pes 3 nequit in molli vestigia figere limo:
Pronumque inundans vertici fluctus rapit.
Dum 4 clamo, arentes ut sitis arida fauces:
Spectando lassa torpuere lumina.
Me 5 vexant odiisque premunt immanibus hostes
Plures, inumbrant quam capilli tempora.
Inque dies crescunt numero: & ceu rapta rependam,
Bene parta per vim cogor illis reddere.
Simplicitas 6 tibi nota mea, est, bone conditor orbis,
Mexque tristis semper innocentiæ es.
Hæc 7 pater alme, bonis ne sint meæ damna pudori,
Dum te colentes clade cernunt opprimi,

Te

Te 8 propter maledicta tuli & ludibria vulgi:
Te propter ora turpis infecit pudor
Me 9 virant fratres, & eadem è matre creati:
Meceu scelestum abominantur filii.
Uror, 10, & ira coquit penitus præcordia, leges
Tuosque ritus impii quum negligunt.
In tua quæ iactant probra & convicia sacra,
In me recurrunt, cor que vulnerant meum.
Si 11 fico jejunis, simacero pectora curis,
Rident, probrisque prosequuntur lacrymas
Si 12 tegor incultos saccis squalentibus artus,
Fio repentè fabula & ludibrium
Me 13 salibus petit a è porta statione senectus:
Et ebriosæ sum tabernæ cantio.
Interea 14 curis genitor, confectus acerbis
Ad te recurro: tu benignus respice.
O genitor sine fine bonus, sine fraude fidelis,
In rebus arctis da salutarem manum.
Erige 15 pæne luto absorptum: da figere gressum:
Crudelis hostis me eripe impotentiæ.
Neu 16 rapiat torrentis aquæ violentia neu me
Mergat ve gurges, aut vorago absorbeat.
Sancte 17 pater, nullos cujus clementia fines
Novit, vocantem & destitutum respice.
Ne 18 faciem servo avertas, qui rebus egenis
Supplex opem orat: subito miserum subleva.
Miseris 19 ales: serva hanc animam, ut pudor obruat
Qui ceu relictum me enecant conviciis, (hostes
Tu 20 testis mihi probri ignominiæque superbæ
Tu testis, hostes quàm protervè illuserint.
Cor 21 dolor urebat: socius mihi nemo doloris;
Nemo dolorem qui levaret anxium:
Dulcia 22 felle mihi tingebant fercula amaro:
Pro vino aceti porrigebant pocula.
Ergo 23 victum illis virient b aconita vicissim,

Mœrorque

Mœrorque læta obnubilet convivia.
Unde ubi placidæ promittunt otia pacis.
Hinc semen illis pullulet discordiæ.
Caligent 24 oculi, & nutent vestigia: vires
Elumbe corpus deserant. 25 iram tuam
Sic meritos effunde super: tuus hauriat illos
Furor. 26 colonis tecta vidua mœreant:
Qui deserta habitet tentoria nemo superstit,
Quia 27 persequuntur dextera afflictos tua:
Afflictos miserosque procaciter insultantes,
Verbis e acerbant vulnera atque injuriis.
Tu 28 sine peccatis cumulent peccata, nec unquam
Dulcem æquitatis sentiat fructum tuæ
Impia 29 de tabulis viventum nomina dele:
Tuos nec inter hos recense filios.
Me 30 tenuem afflictumque tua pater optime dextera
Erige, locoque siste tutum in arduo:
Hic 31 ego carminibus rerum super astra parentem
Tollam, & celebri gratias in cœtu agam.
Gratius 32 hoc illi est, quam si cadat hostia ad aram,
Virulus tenellus jam dentiscans cornibus
Adspicient 33 mites, & pectore gaudia volvent,
Deum colentum læta corda gestient.
Audit 34 enim Dominus tenues, nec despicit ægros
Ob nomen ejus vinculis coercitos.
Unum 35 igitur tellus colat hunc, & pontus, & æther
Et quicquid æther, terra, pontus continet.
Qui 36 facit incolumem pulcram florere Sionem,
Urbesque Judæ mœnibus cingit novis:
Metiturque 37 suis rura ante inculta colonis
Tenenda blandis quæ relinquant liberis:
Quæ placida teneat series in pace nepotum.
Quicunque Domini nomen & numen colunt.

PSAL.

PSAL. LXX. Deus in adiutorium meum

Implorat hic Psalmus subitum Dei auxilium contra hostes; quos pessundari, cum summo piorum gaudio Deique celebratione, optat: omnem interim spem & fiduciam vitæ & salutis suæ in Deo positam asseverans.

Carm. genus xvii.

O 2 Deus præsens ades, & periclis
Me præsentibus eripe:
O Deus durus propera labores
Confestim auxilio ut leves.
Qui 3 meam quærunt animam erubescunt,
Fœdam ignon iniam ferant:
Et fuga turpi doleant, malignis
Qui me consiliis petunt.
Terga 4 dent, fusos pudor ut perurat,
Qui rident gemit. s meos.
Teque 5 clementi & placido fruantur,
Qui gaudent placitis tuis.
Qui salutis spem posuere in uno
e certam penitus Deo.
Gaudeant semperque canant, Perennis
Majestas & honor Deo.
Sunt 6 meæ vires & opes pusillæ:
Sed tu me Deus adjuva.
Tu, meæ vires, mea spes opesque,
Festinus, fer opem mihi.

PSAL. LXXI, In te Domine speravi, &c.

Hoc quoque Psalmo David fiduciam suam, ab ineunte ætate in solo Deo collocatam, profitetur, petitque ut in senectute

ſi nectute quoque ſuâ a Deo non deſeratur. Explicat autem ſuas miſerias, & hoſtium ſcelera, iiſque exitium, quod meriti ſint, imprecatur; ſe autem Deo pro perpetuâ bonitate & præſentiâ ſuâ, tanquam voti jam compos, ſit gratias actutum, & alios quoque ad Dei hujus cognitionem & celebrationem pertractuum eſſe, cum piâ quâdam confidentiâ conſtanter pollicetur.

Carm. genus XV.

IN 1 te ſalutis ſpem poſui meæ?
Fac me perennis ne pudor obruat.
Audi 2 vocantem lenis & eripe
Hoſtis cruenti me violentiæ.
Vitæque 3 cuſtos & columen meæ,
Turriſque rebus ſemper in aſperis,
Nunc turris eſto & perfugium mihi,
Et 4 ſævientum ſubtrahe dexteræ.
A 5 vi ſceleſtæ ſubtrahe dexteræ
Pendentem ab uno ſubſidio tuo:
E 5 qui juventæ tutor eras meæ,
Orbam ſenectam viribus aſſere.
Tu 6 me tuendum matris ab ubere
Duxti: pependit matris ab ubere
Spes noſtra de te materies meis
Una eſt perennis laus tua cantibus.
7 Ceu a continenter prodigium mala
Natum ferendis, rideor impiis,
Sed me malorum fluctibus obrutum
Spes una fulcit præſidii tui.
Me 8 lux videbit, me tenebræ tuas
Laudes canentem, 9 jam ſenio gravem,
Fractiſque laſſo corpore viribus,
Ne me impiorum trade libidini.
Et 10 clam ſuſurrant, & caput in meum

Occulta

Occul a tendunt retia per scelus :
Et 11 dum scelestum propositum premun',
Aiunt Ope illum desti uit Deus :
Instate fracto, pren ite, perdite
Nudum aluris vin ite. 12 Tu Deus
Ne inque fretum r si i tuo,
Pr f nsque sævis hostibus eripe.
Pudore 13 vultus inficiat rubor
Hosti dol so, fraude nefariâ
Qui me aucupatur : mœr at irrita
C n ta, vanum lugeat exitum.
Liber 14 periclis, carmine te novo
Pangam 15 tenacem polliciti, & tuis
Promptum juvandis : & numeris meis
Aptabo laudes Innumeras tuas.
Canam 19 potentem te dare prospera
Eventa, belli quum fremuit timor
Canam fidelem reddere fœderum
Promissa largo non sine fœnore,
Abusque 17 primo flore puertiæ
Laudum tuarum tu mihi carmina
Semper præsti. 18 ne senio gravem
Canumque nunc mespes mea desere ;
Donec nepotum sæcula noverint
Me vate quanto robore, quâ fide
Me liberaris 19 justitiæ tuæ
Convexa mundi gloria transvolat.
Rerum creator, quis similis tui ?
Qui 20 me malorum gurgite merseras,
Mitisque, vita rursus amabili,
Tracto è profundo gurgite, das frui.
Obsque 21 honoresque accumulas bonus,
Irâ remissâ : & pectora turbida
Solaris 22 ergo te citharâ canam
Nabloquâ certâ conspicuum fide.

O sancte nostræ gentis ab ultimo
Protector ortu, vox mea te canet:
Te 23 spiritus, te vita, laboribus
Exempta duris laudibus efferet.
Lux 24 nulla solem proferet aureum,
Quæ prædicantem justitiam tuam
Non audiet, me rex bone qui meis
Rubore vultum effuderis hostibus.

PS. LXXII. Deus judicium tuum, &c.

Psalm. septuagesimo secundo David filio & successore suo Salomoni dat omnia ea, quæ ad boni regis officium, florentemque regni statum pertinent; qualia sunt sapientia, æquabilis in omnes justitia, clementia, æquitas quies, pax, subditorum obedientia, vicinorum regum & populorum ven ratio, victoria de hostibus, agrorum fertilitas longa regis vita, bona & numerosa soboles, salus subditorum, sempiterna gloria, quibus omnibus multa insperguntur, quæ non tam Salomoni quam Christi regno spirituali, & æterno congruunt, ideoque vaticinium de regno & beneficiis Christi, hunc Psalmum continere plerique asseverant. In fine pro his beneficiis ipse Deo gratias agit, & alios ad agendum cohortatur.

Carm. genus v.

DA tuæ regi, Deus æquitatis
Jus ad exemplum dare, filioque
Regis ut legum patriæ ad salutem
Plectit habenas.
Ut 2 regat justis populum institutis,
Pauperum questus facili tuorum
Aure cognoscat, dirimatque lites
Legibus æquis.
Pace 3 lætentur juga montiumque
Horridi saltus: genitrix quietis

Æquitas

Æquitas colles amet, asperosque
Ruris alumnos.
Jus 4 suum det pauperibus, potentum
Curet, ut ne vi tenues premantur,
Destruat quisquis miseros dolosis
Limbus urget,
Ut 5 reformidet venientis ævi
Gens tuum nomen, sua sol dici
Donec effundet sua luna donec
Lumina nocti.
Æquitas 6 & jus veniens olympo
Recreet terras, veluti sub æstu
Imber, & rores, pluvii beatos
Ruris honores.
Floreat 7, rerum hoc moderante habenas,
Jus, bonæ paces vigeant, perenni
Luna dum cursu rediens novabit
Menstrua vultus.
Imperi 8 fines maris unda fluctu
Hinc & hinc claudat; spatiumque latis
Quod modum regnis faciat, sit idem
Terminus orbis.
Ad 9 pedes illi cadat advolutus
Æthiops: hostes veniam precati
Supplices, vultus humiles comamque
Pulvere verrant.
Qui 10 tenent pontum refluique ponti
Insulas, regesque Arabum beati,
Thuris & dites venient Sabæi,
Dona ferentes.
Illum 11 adorabunt, mare qua remotis
Obstrepit terris, metuentque reges:
Servient gentes sub utroque mundi
Axe jacentes.
Ille 12 desertos ope sublevabit;

Eximet curis querulos : 13 egeno &
Pauperi dextram dabit : obrutosque
Fœnore solvet:
Nec 14 v. lut vilem renuis eruorem
Plebis effundi sinet. 15 ergo vivat,
Deque thesauris Arabum beatis
Munera sumat:
Ac suo regi bene comprecatus,
Illius laudes canat, illum honoret :
Largam opum dextram celebret, patremque
Vulgus adoret.
Per 16 feros montes segetem refundat
Terra, tam densis crepitans aristis,
Quàm gravi cedros Libani flagellant
Murmuri venti.
Augeat prolem numero carentem
Per vias urbis bona pax beatæ :
Lætaceu campis riguis per imbrem
Gramina surgunt
Nomen 17 æterno juvenescat ævo
Filii nomen, jubar usque solis
Dum vagè fundet radiata terris
Lumina flammæ.
Ille rex gente faciet beatas,
Quas sinu claudit fugo Amphitrite,
Omnis hunc tellus canet Amphitrite
Cinctæ beatum
Isaci 18 gentis Domino Deoque
Laus, honor, virtus: opis haud egenus,
Illa quæ cuncti attoniti intuentur,
Perficit unus.
Nomen 19 augustum canat omnis ætas,
Illa quod nunquam taceat vetustas:
Nominis sancti penetret per omnes
Gloria terras.

GEOR:

GEORGII BUCHANANI Paraphrasis in Tertium Librum Psalmorum

PSAL. LXXIII, Quorum bonus Israel, &c.

Psalmus septuagesimus tertius consolatur homines pios, felicitatem, honores & opulentiam impiorum cum indignatione admirantes, suamque infelicitatem & quotidianas miserias deplorantes. Ostendit igitur, quam infelicem felicitatem impiorum brevis habitura sit exitum, quamque beati futuri sint Dei patrocinio freti homines pii, qui in hoc mundo infelicissimi credebantur.

Carm. genus xv.

TEllus ut undis hospitium neget,
Undæque terras fluctibus obruant,
Aer coruscis fulminet ignibus,
Ruina mundi sidera misceat:
De potentis non bonitas tamen
In rebus arctis destituet pios,
Purusve mentes nequitia linet
Mœroris æstu furditus opprimi.
Quàm 2 pænè lapsu pes mihi lubrico
Gressum fefellit, dum pede metior
Immensa parvo, dum trutinâ meâ
Expendo stultus judicium Dei!

Fervebat 3 iráp & s, & æmulo
Livoris æstu, quum scelerum omnium
Contaminatos sordibus impios
Florere cunctis conspicere bonis.
Sors 4 illa cunctis invida, mobilis,
Infida servat perpetuâ fide
Istis tenorem, & robore vivido
Firmos senectam ducit ad ultimam.
Exempta 5 duris vita molestiis
Curisque (pectus quæ reliquis coquunt
Mortalibus) per lætitiam fluit
Luxumque & ægris pura laboribus.
Ergo 6 insolenti fœta superbiâ
Corda intumescunt: pectora spiritus
Ventosa tendunt: cæcus amor sui
Fræna impotenti dat violentiæ.
Tecta 7 invidendas non capiunt opes;
Felicitatem non animus suam:
Et vota vincens, spemque superfluus
Luxus fatigat, nec satiat tamen.
Verbis 8 minores terrificant feris
Et fastu molem potentiæ:
Vultu proterva & vocibus improbis
Ad blandiuntur nequitiæ suæ.
Nec 9 impudentis garrula vanitas
Contenta linguæ fundere toxica
Terras per omne, sæva lacessere
Audet, Deumque insana superbia.
Hæc 10 mente spectant attonitâ pii,
Et æstuanti pectore fluctuant,
Secumque 11 mussant, Scilicet hæc Deus
Quam cernat, atris abstinet igniibus?
Opes 12 abunde 6 suppeditant malis,
Crescique nullo fine pecunia:
Secura pacis molliter otia

Quassante nullo turbine transfigunt.
Frustra 13 ergo puro pectore vivitur:
Frustra innocentem contineo manum:
Frustra 14 labores perfero, torqueor
Dolore nullis non crucior malis.
Rursus 15 verebar, ne temerario
Ausu improbarem consilium Dei,
Ac arbitrarar forte miserrimos,
Selecta quos is pignora nuncupat.
Causas 16 latentes dum sequor anxius,
Et pertinacis viribus ingeni
Pugno, profundum se chaos ingeri,
Et nocte mentis lumen adobruit,
Labore 17 tandem fessus inutili
Ad te recurro, rex bone cœlitum:
Quietus expecto ex adytis tuis,
Quis hos & illos separet exitus.
Vidi 18 repentè quam pede lubrico
Starent superbi: quàm stabiles parum
Opes tenerent, quàm fragili loco
Fultos ruina præcipiti trahas.
Procellâ 19 vindex ut sonuit tuæ
Iræ, fugaces cum domino suo
Evanuerunt divitiæ: manet
Umbra invidendæ nulla potentiæ.
Sic 20 nocte mentes ludificans fugit
Imago somni: & quæ modo pectora
Sopita vano terruerat metu,
Risus per urbem mox ciet omnibus.
Donec 21 viderem hæc mœror & anxia
Mentem obruebant sollicitudines:
Aut 22 hæsitantem, ceu stupidum pecus,
Torpor ligabat pectore marcido.
Arcana 23 sed vis interea tui
Me solicebat numinis ac manum

Dexteram regebas? 24 auſpicio tuo
Ductuq; clarus fulgeo gloriâ.
Quid 25 terra, præter te mihi, quid polus
Offert colendum? 26 cor mihi tabuit,
Infracta mens deſiderio tui
Languebat, ægrum corpus inarſit:
Tu rurſus artus robore vivido
Firmaſti: opimas ſuppedaſti opes.
Qui 27 te relicto, ſpe ſtoli à deos
Vanos adorant, claſſibus obruis
Te 28 ſector unum tu ſuperas meis
Spes una rebus: præſidio tuo
Liber periclis, auctus honoribus,
Te ſempiternis laudibus efferam.

PSAL. LXXIV. Ut quid Deus repulisti.

Hoc Pſalmo Eccleſia deſerta, & omnibus humanis præſidiis deſtituta, quin inſuper ſubjecta crudelitati & libidini tyrannorum, graviter de ſuis miſeris conqueritur, horſtium immanitatem accuſat, Deoque cum ſpe non dubia, præter antiqua beneficia, plane maxima & miraculoſa, etiam fœdus cum Abrahamo, ejuſque poſteritate initum, in memoriam revocat atque ideo ſe jam quoque non deſeri, ſed tandem defendi liberarique petit.

Carm. genus iii.

CUr nos relinquis penitus, ô rerum parens,
Hactenus dedis impio?
Lupis vorandum cur gregem paſtor tuum
Irâ obſtinatâ deſeris?
Memento 2 cœtus, ſervitute ab aſperâ
Quem vindicaſti: quem tibi
Peculiarî ſorte, patrimonium

Cæ

Ceu proprium, receperas.
Colles Sionis, numinis sedem tui,
Bonus favensque respice
Tandem 3 resurge, & hostium superbiam
Compesce: perdè sunditus
Hostes protervos, qui tuum sacrarium
Manu nefandâ polluunt.
Clangunt 4 sonorâ buccinâ, non quæ tuas
Laudes canat, ludibrio.
Sed festa acerbo quæ profanet, in tuis
Vexilla figunt turribus.
Ba chatur 5 audax ira fœnis libera:
Ædis ruentis it fragor:
Qualis 6 sub altis murmurant quercus jugis,
Cæsæ bipenni quum ruunt.
Demoliuntur 7 malleis & vectibus
Cælata templi limina,
Populacur ignis adyta nominis tui
Contaminant sacrarium
Secumque 8 tacito comminantur pectore,
Se dirupturos omnia:
Nec temere flammis strata fumant omnia
Tuo dicata cultui
Loca. 9 Signa nusquam, non, ulla jam miracula:
Propheta nullus perditos
Solatur, & spe quamlibet lentâ, tamen
Spondet malorum terminum.
Quousque 10 tandem nomini fides tuo
Hostem protervum illudere?
Quousque jacebis facta dira & impia
Exasperabit jurgia?
Cur 11 otiosus retrahis manum? exsere
Tandem potentem dexteram.
Tu 12 noster olim rector & custos Deus
Priscis abusque sæculis.

Te vidit orbis vindicantem ab omnibus
Semper tuos periculis.
Secessit 13 unda te jubente, & a virgeo
Muro liquor coercuit
Cursum feroces viribus sus duces
Ponti recursis obruit.
Ipsum 14 marinis vastiorem belluis
Hausit tyrannum, & asperis
Affixa uncis, fluctibus e diversis
Ejecta vultur Æthiops
Voravit: 15 inter æstu arenas torridas
De b cote dura limpidi
Fluxere rivi: te imperante subsitit
Ardente flumen alveo.
Tuus 16 dies est, nox tua est: solis jubar
Radiis adornas aureis:
Æquorque 17 claudis littorum repagulis,
Terraque cingis fluctibus:
Æstate frigus, igne, frigoris
Æstum rigore temperas.
Domine 18 intuere probra, contumelias,
Et hostium ludibria,
Quite lacessunt impiis convitiis,
Molestiis nos opprimunt.
Ne 19 trade vitam turturis tuæ feris:
Turbam tuorum pauperum
Ne sempiterna oblivione defere:
Memor 20 tui sis fœderis.
Nam nec tenebræ nos tegunt: nec pellimus
Obscuritate injurias,
Ope 21 destituti & omnibus fracti malis
Populi pudori consule:
Ut te merentem prosequantur laudibus
Miseri levati luctibus.
Exsurge 22 rector orbis optime, & tuam

Causam

Causam tuere: sis memor,
Quæ probra passim nomini semper tuo
Stulta ingerat procacitas.
Voces 23 superbas & tumultus improbos
Silentio ne supprime:
Curamque rerum gerere te mortalium,
Qui negligunt te, sentiant.

PSAL. LXXV. *Confitebimur tibi Deus, &c.*

Gratiæ hoc Psalmo aguntur Deo, quòd perpetuo præsto sit suæ Ecclesiæ, eamque in omnibus periculis defendat: juniat autem & penitus evertat ejus hostes impios & superbos, ad quos ipsos orationem suam convertit, eosque monet, ne nimiam suæ potentiæ & divitiis confidant: Deum enim multo potentiorem, omni insolentia & injustitia vindicem, & innocentiæ assertorem esse,

Carm. genus xiii.

TE nos carminibus, rex bone, patriis
Licemus merito: te celebrabimus
Præsentem miseris, & memorabimus
Facta illustria posteris.
Quum? plenis venient tempora sæculis,
Cogam inquit Dominus, consilium meum:
Justis supplicii prosequar impios,
Justis muneribus pios.
Fundamenta 4 soli dissiliant licet,
Turbent trepidis gens hominum minis,
Fundamenta soli fixa adamantinis
Nectam rursum ego vinculis,
O 5 stultos, quot es ad monui, modum
Vetans impios ut facerent nequitiæ suæ)
In cœlum quoties admonui, modum

Ne ſulte arma capeſſerent?
Quid 6 cœlum ſtolidâ voce laceſſitis?
Quaâ ſpe ſic furitis? ſpiritus arrogans
Cujus præſidio fretus in æthera
Criſtas erigit impias?
Eois 7 coeat viribus occidens,
Conjurent callidæ cum, Boreâ plage,
Fruſtra divitias, ſceptra, potentiam
Cuiquam conſilia verint.
Unus 8 rex hominum, res hominum ſuo
Verſans arbitrio, præcipitem trahit
Illum de ſolio, plebis ab infimæ
Hunc face ad ſolium erigit.
Nam 9 cratera meri purpurei Deus
Jam *b* dextera tenet, & vindice pharmaco
Fundantem paterâm temperat, & malis
Juſtum ſupplicium parat.
Illinc impietas und que ab ultimis
Terrarum ſpatiis hauriet, & mero
Conſumpto, cupido gutture turbidâ
De face exitium bibet,
At, 10 me vate, Dei, quem genus Iſaci
Et thure & precibus placat & hoſtiis,
Omnis poſteritas munificentiam
Et vim num nis audiet.
Confringam 11 tum dæ tela ſuperbiæ
Formidate bonis: cladibus obruta
Emerget pietas, & ſuper æthera
Tollet conſpicuum caput.

PSAL. LXVI. Notus in Judea, &c.

Gratias hic Pſalmus agit vero Deo qui ſolis Judæis ſe præſecit pro præſentia ſua & defenſione Eccleſiæ in omnibus periculis tum malis cum & bellorum: ipſamque adeo Dei victoriam

illustriam & omnipotentiam verbis magnificis describit, & ad Deum laudandum celebrandumque omnes cohortatur.

Carm. genus iii.

GEntes 2 profanæ numinis loco colunt
Sibi quisque quem finxit Deum:
Judæa verum novit & colit Deum:
Laudatque festis cantibus:
Deum 3 Sionis incolam, Solymæ sacris
Cui templa fumant ignibus.
Illic 4 minaces fregit arcus, lucida
Fregit sagittæ spicula.
a Clypea ministris rapuit, enses dexteris:
Funesta bella sustulit.
Tu 5 præpotentes fortior tyrannidas
Virtute frangis: tu feram
Compescuisti 6 fortium superbiam
Regum potenti dextera.
Fracta minacis spiritus ferocia,
Prædæ fuere: aut e ferreo
Somno gravati condidere lumina.
Obtorpuere 7 dexteræ
Fortes virorum, vis equorum, & curruum
Elanguerunt impetus.
Tuum 8 verendum nomen & numen, tuæ
Quando æstus iræ incanduit,
Quis obviam auſit ire? quis miserum caput
Tuo furori objecerit?
Quum 9 templa mundi fulminum quateret fragor,
Ut impiâ tyrannide
Frœnis 10 repressa supplicem modestiam
E servitute abduceres,
Attonita tellus siluit: imbellis pavor
Mentes superbas perculit.

Illustris

Ut ricis ir a scelera pœnis obruta
Humana gens quum cerneret,
Boni efferebant laud bus te conscius
Premebat horror impios.
Vota 12 ergo Domino nuncupate & reddite
Domino verendo munera.
Ferte universi civitatis incolæ
Sanctæ, Deumque agnoscite,
Reges 13 superbi q em pavent, qui spiritus
Feros retundit impiis.

PSAL. LXXVII, Voce meâ ad, &c.

Docet Propheta in hoc Psalmo homines vere pios, ut suo exemplo in omnibus angustiis & rebus adversis ad solum Deum confugiant, non immemores interim magnarum & multiplicium ejus in Ecclesiam collatorum beneficiorum: quorum recordatione motus asseverat, ne mente quidem prorsus ipsorum veritas & fiducia vana esse futura.

Communis.

TE 2 voce semper, te prece supplice
Rerum invocabo conditor optime:
Nam lenis ac placatus aurem
Das facilem miseris querelis.
Ad 3te refugi quum premerer malis,
Ad te tetendi sollicitus manus
Sub nocte solâ, donec atras
Lux tenebras rediens fugaret,
Mens 4 in quietis fracta doloribus,
Sucdâ abnuebat aure relevium
Voce amicorum, medelæ
Impatiens: animusque solum
Inf 5 atus in cœcum lacrymis preces

Miscens

Miſcens fremebat: pectora flebili
Concuſſa ſingultu ſonabant
Cura animi cruciabat artus,
Æſtus 5 vetaba ſollicitudinum
Dulcem ſoporem carpere lumina:
Segnis ligabat membra torpor,
Vocis iter dolor obſtruebat.
Tum 6 mente verſa volvere ſæcula
Cœpi anteacti temporis, ac Dei
Numen bonis præſens, nec unquam
Auxilii miſeris avarum
Laudum 7 ſubibat, quas tibi carmine
Lyræ canebam ſuav loquæ ad modos:
Secumque veſtigabat ægra
Mens varſo libefacta motu.
Num 8 merel ſo in perpetuum Dous
Opis benign m jam retrahit manum?
Nec 9 amplius ſuum tenebit
Larga Dei bonitas tenorem?
Nec ore vatum leniet anxias
Curas ſuorum? 10 nec miſeris erit
Placabilis? nec ſiſtet iræ
Præcipitem bonitate curſum?
Tandem 11 remiſſo pectore, Quo dolor
Impellis? inquam: ſtant adamantinis
Decreta cœli fixa vinclis,
Nec dubio labefactis caſu?
Nec fracta vi, nec temporis invidis
Obliviſi obnoxia 6 dentibus,
Rurſus 12 tuæ mentem ſubibant,
Sancte parens, monimenta dextræ:
Qui templa picti ſideribus poli
Frugumque campos gramine veſtiles,
Et ſæcla ot noſtros ad uſus
Contideris pecudum & ferarum.
Quam 13 ſæpe, pœnas dum premis improbos,

Tutoque

Tutoque fulcis præsidio probos,
Mortalibus clementi que &
Justi ix specimen dedisti,
Æterne 14 rerum conditor! omnia
Consulta cujus factaque sanctitas
Illustrat: haud quidquam tibi ingens
Orbis habet simile aut secundum.
Mirante 15 mundo tu Deus unice
Mirx dedisti signa potentiæ,
Ergastulis 16 quum liberasti
Abramidas d Pharii tyranni.
Videre 17 fluctus, tetumdi Deus,
Videre fluctus & trepido gradu
Fugere turbavit profundas
Horror aquæ vitreæ lacunas.
Fudere 18 aquosas imperio tuo
Nubes procellas de gravido sinu,
Sonore rauco: grandinisque
Infremuit lapidosus imber.
Cœli 19 tonantis e vastificus fragor
Implebat aures: lumina fulgurum
Terrebat ardor, & pavore
Attonitæ tremuere terræ.
f Sali 20 rubentis previa vastitas
Ductore te tot millibus obruit
Vestigia, & fluctu refuso
Clausit iter Phariis quadrigis.
Moses 21 & Aron (ceu pecudum greges
Pastor reducit) præsidio tuo
Duxere tranquillas per undas
Incolumes populi catervas.

PSAL. LXXVIII. Attendite populi, &c.

Hic Psalmus primo celebrat magnitudinem bonitatis divinæ

divinæ, quâ Deus posteros Abrahami præ omnibus aliis gentibus tanquam patrimonium peculiare, sibi elegerit; deinde eo undem incredulitatem, ingratitudinem, & contumaciam obstinatam accusat qui neque miraculorum magnitudine neque beneficiorum multitudine, nec supplicium gravitate, quæ omnia magnâ ex parte commemorantur, adduci potuerint, ut vero & sincero corde Deo fiderent, ejusque mandatis obtemperarent. In fine tamen gratuitam Dei bonitatem prædicat, qui in ipsâ irâ memor sit misericordiæ & promissionis suæ, gentemque suam perire non sinat, sed eam manu virili tueatur.

Carm. genus I.

AUdite 1 Isacidæ, & rerum pietate parentem
Qui colitis purâ, huc animos advertite vestros.
Mira 2 canam, sed vera canam: quæ longa vetustas
Occulit arcanis oracula mersa tenebris,
Evolvam 3 priscis 3 accepta parentibus olim
Verboquis dictis 4, in sæcula sera nepotum
Transmittam: laudesque Dei, mirandaque facta
Cognita de proavis discent me vate minores.
Namq; 5 parens mundi sancto quum fœdere gentem
Jungeret Isacidum sibi, patres prodere natis
Per seriem 6, & seris venientia sæcula sæclis,
Et legum monitus & facta ingentia jussit.
Scilicet 7 ut memori benefacta priora tenentes
Pectore consilium vitæ auxiliumque regendæ
A Domino exspectent trepido turbante tumultu.
Ne tam cæca animos condant oblivia, legum
Irrita ventosis ut dent præscripta procellis.
Neu 8 similes patrum, malè gratâ mente rebelles,
Deficiant animi instabiles, dubioque labantes
Pectore. 9 Cur a soboles E rami docta sagittis
Figere vel jaculo quamuis distantia certo,

Terga

Terga dedit pœnè ante tubis? latebrisque salutem
O pudor! abjectis turpiter armis?
Nempe 10 quòd aversos flexere per avia gressus
Obliti 11 legum & monitorum & fœderis ictâ
Obliti 12 tantorum operum, quæ testibus olim
Patribus, in Phariis Dominus patraverat oris.
Quum 13 mare divisit sese cumulante profundo,
Inter & aggestos undæ stagnantis acervos
Incolumem eduxit populum, 14 duce nube serena
Luce per obscuras flammâ præeunte tenebras.
Flumina 15 de solidi patefecit vulnere saxi,
Damnatisque 16 siti rivos dimavit arenis:
Nec 17 satiati undis linguas tenuere procaces
Ausi 18 immane scelus, deserta per avia rursus
Tentavere Deum, & ventris stimulant, voracis
Ingluvie petiere cibos: 19 ac talibus ora
Solverunt, Silicis dum æ qui flumina venis
Elicuit subitoque sitim torrente levavit,
Non 20 potis est panem, non lautæ fercula mensæ
Ad dare? non epulis convivia larga profusis?
Audite 21 omnipotens, calidaque accensus ab ira est,
In Judamque hausit flammato corde furorem.
Et 22 populo tamen ingrato, totiesque salutis
Immemori accepta victum dedit esse petitum.
Castra 23 super latè ætherei patefecit olympi
Horrea, 24 dein gravidas cœlesti semine nubes
Ambrosiæ largos super agmina solvit imbres:
Cœlestisque 25 cibi indulsit mortalibus usum.
Cedere 26 tum jussi compis ex aeris Euro,
Mox tepidis volucrum pluvias Notus attulit alis:
Non 27 secus ac siccæ cumulos quum verrit arenæ,
Pulvereamque trahit deserta per arida pallam.
Castra 28 super tensisque super tentoria velis
Alituum tremulis resonabant agmina pennis,
Et circum affusis cumulabant stragibus agros.

Iamque

Jamque 29 epulis exemtæ fames: 30 sed prava libido
Non exemta tamen; sed adhuc sine fine petitæ
Faucibus hærebant epulæ: 31 Deus ecce repente
Vltro adest: latè subitò grassante ruina.
Robora selectæ passim cecidere juventæ.
Sed 32 neque tot pœnæ, neque tot benefacta rebelles
Continuere animos, nec tot miracula rerum
Naturâ monstrante Deum. 33 Pater ergo procaces
Cæsibus assiduis fregitque, & robore fracto,
Ante diem tremulæ succidit fila senectæ.
Vix 34 tandem morbis vexati, erroribus acti,
Omnibus exhausti propecladibus, omnium egeni,
Agnovere Deum: 35 per tot delicta tecti
Ereptique malis, fœvoque ex hoste recepti,
Verba 36 tamen blandis fundebant subdola linguis
Ore pii, mentiaci animo: 37 neque fœderis icti
Servavere fidem. 38 verum clementior ille
Sontibus ignovit: patria pietate remisit
Offensas meritamque ultro compescuit iram: (gacis
Qui pe39homines memor esse animi modo flabra fu-
Quæ fragiles agitent morituri corporis artus.
O 40 quoties inter cæ viduas cultoris arenas,
Inter saxa siti squalentia, 41 numinis iram
Languentem insanis irritavere querelis:
Et sua divinas dimensi ad robora vires,
Virtutem brevibus voluere includere metis.
Quæ mare, quæ terras, quæ cœli continet orbes.
Scilicet 42 obliti benefacta priora salutem
Acceptam & duri nuper juga demta tyranni,
Et 43 quæ per Pharias d miracula plurima gentes
Edidit in vtreos suffuso sanguine rivos,
Durantisque siti laticum sine munere mensis.
Et 44 modo pestiferæ per celsa palatia muscæ
Spicula figebant liventi tincta veneno:
Et 45 modo fluminеis squalebant atria ranis,

Et

Et 46 nunc e bruchus edax hominumque boumque
Agmine nunc denſo diræ exedere locuſtæ (labores,
Grandinis 47 imbre horros lapidoſâ jagrandine vites,
Grandine ſilvarum Dominus decuſſit honorem:
Grandine 48 proſtrati fore jacuere invenci
Et ſegetum gravidos ruit igneus imber in agros.
Ira 49 Dei, lax ſque furor baccatus habenis,
ſ Eumenidumque faces, & conſcius horror oberrans
Pectora, turbabat ſtimulis præcordia cæcis,
Tum 5 oletho patefacta via eſt, timor ſæva per omne
Paſſim hominum pecudumq; caput nulli æqua cucur-
Primitias 51 ſobolis, cariſſima pigne ra florem) rit,
Roboris & ſeræ ſpem præſidiumque tenebræ
Proſtravit quâ Nilus, aquâ ſe divi e volu t,
Et ſeptem geminis refluum mare ſubmovet undis.
Interea 52, ceu paſtor oves in paſcua ducit,
Ipſe 53 ſuum Dominus populu m deduxit ab omni
Vi procul & trepidâ formidine fluſtibus æquor
Obruit infeſtos in ſe redeuntibus hoſtes,
At 54 ſancti tenuere patres l ea ſancta Deique
Parta manu, excluſit gentes prius unde profanas.
Aut proſtravit humi victas: 55 & g jugera menſus
Abramidis hab tare dedit. Nec 56 ſegnius illi
Irritare Deum, & rerum tentare parentem.
Fœdera negligere: 57 & patrum de more rebelles,
Avertere ſuos recto de tramite greſſus.
Non ſecus ac arcus curvat ſe in cornua nervo.
Adducto, dextraque iterum nervoque remiſſo.
In faciem ſubito flectit ſe ſponte priorem:
Libera 58 ſic rerum gens impia vindice pœna
Ad ſeſe rediit: cunctiſque in collibus aras
Evexit, finxit que ſibi ſimulacra deorum,
Ac 59 Dominum rerum meritas accendit in iras.
Audit 60 omnipotens pater impia vota preceſque,
Et ſibi delectam gentem contemſit: & aras

Ipſe

Ipſe ſuas, ac *b* Silonis tentoria liquit,
Sola ſibi è cunctis electa habitacula terris,
Deſervitque 61 ſuæ monumentum fœderis arcam
Hoſtibus in prædam: monimentum roboris, unde
Clara Dei in cunctas ſpandebat gloria terras.
Hos 62 ferro, terræ iratus ſibi nuper amatæ,
Obiicit flammis alios: 63 cecidere cruento
Enſe ſacerdotes: 64 non connubialia feſtis
Carmina ſunt cantata toris, carique mariti
In deplorati viduæ jacuere ſepulcris.
Aſt 65 ubi jam pœnis meritam ſatiaverat iram,
Ceu crapula excuſſa miles, lentoque ſopore
Excitus a ma iterum fugientes vertit in hoſtes:
Tergaque 66 vulneribus figens imbellia cæcis,
Perpetuam adſpeſit ventura in ſæcula labem.
Non 67 tamen Efræmum præſtantem fortibus armis
Elegit cui ſceptra daret: non ille Manaſſæ
Pignora: 68 ſed Judam, ſed celſæ tecta Sionis,
Templa 69 ſibi & ſolido fundata ſacraria ſaxo,
Cumque polo & ſtellis manſuram in ſæcula ſedem.
Quoque 70 ſequebatur pecudes in paſcua David,
Suſtulit 71 è caulis eam & ſibi paſcere gentem,
Impoſitum folio, & ſanctæ jus dicere terræ
Juſſit: 72 & ille gregem ſtudio curaque fideli
Rexit, & infeſtis defendit ab hoſtibus armis.

PSAL. LXXIX. *Deus venerunt gentes &c.*

Hoc Pſalmo cum ſuſpiriis & lacrymis Eccleſiæ crudelitate & libidine tyrannorum oppreſſæ, & pœne a Deo deſertæ, de ſuis miſeriis & angustiis conqueritur, ardentque precatione a Deo petit, ut ſuos defendat, & hoſtes Eccleſiæ funditus everat: pro quo ipſe auxilio, perpetuom Deo gratiarum actionem, & divinorum beneficiorum celebrationem pollicetur.

Carm.

Carm. genus iii.

HÆreditatem, 1, rector orbis, eur tuam
Invadit hostis impius?
Ritu profano polluit sacraria
Tuo dicata nomini:
Soloque stratam funditus Solymam suæ
Tegit ruinæ mollibus.
Truncata 2 ferro membra te colentium
Passim per agros objacent,
Lanianda rostris vulturum crudelibus
Aut belluarum dentibus.
Rivi 3 cruoris perluunt vias, velut
Torrens adauctus imbribus.
Nec usquam amicus ossa sparsa qui legat,
Aut lecta tumulis obruat.
Functique 4 fato pariter & superstites
Ludibrio acolis, sumus.
Parens 5 benigne, quem modum tandem tuæ,
Speremus iracundiæ?
An continenter instar ignis omnia
Vorantis in nos sæviet?
Tui 6 furoris verte potius impetum
In impiarum gentium.
Tot regna: nomen quæ tuum vel nesciunt,
Vel, si sciant, non invocant:
Se nen 7 piorum quæ laborant perdere
Armis, & urbes ignibus.
Revocando 8 vetera parce genitor, crimina,
Faces furori fundere.
Sed pænè cunctis obrutos malis, tua
Nos præveni clementia
Offensionum 9 mitis obliviscere.
Nostræ salutis anchora.
Natus adsis, splendor ut cunctis tuæ

Claresc

Clarescat oris gloriæ:
Os roobstruatur impiis, quærentibus
Num noster hic dëësset Deus.
O juste vindex, impios exercitos
Iœnis vicissim cernere
Fac nos, cruore, qui piorum sordidi
Nunc insolenter gestiunt.
Audi 11 gementes carcerum qui vinculis
Marcent: potente dextera
Defunce mortis liberæ, quos sedibus
Jamiam tyranni destinant.
Et 12 quam intulerunt contumeliam tibi,
Et quam tuis injuriam,
Multiplicatam redde nostris accolis,
Rerum perennis arbiter.
Et 13 nos, ovilis grex tui, quem pabulo
Alis, tueris numine:
Et posterorum posteri laudes tuas
Cunctis canemus sæculis.

PSAL. LXXX. Quiregis Israel, intende, &c.

Hic Psalmus ejusdem fere est cum prioris argumenti. Ecclesia enim hic quoque de summis suis miseriis & angustiis conqueritur: & priora Dei clementis in Ecclesiam beneficia, sub insigni allegoriâ vitis & vineæ commemorat; ejusque auxilium, cum pollicitatione gratiarum actionis, ardenti precatione implorat.

Carm. genus XVI.

HEbræi 2 generis pastor, uri gregem.
Blande progenies qui regis Isaci,
Inter qui geminos aligeros tuo
Præscribis populo jura salubria:

Selectæ

Selectæ soboli da bonus ac favens
Lumen posse tuæ cernere gloriæ,
Da vim posse tuæ nosse potentiæ:
Ac fessis propera4 porrige dextram.
Tu 4 nos si placido lumine videris,
Cedent continuo cætera prospere.
O 5 rex armipotens, quem statues modum
Iræ quando humiles suscipies preces?
Irroras 6 lachrymis fercula: lacrymis
Misces continuis pocula: 7 jurgia
Nostris fini timi despoliis serunt
Et nostra exagitant ludibrio mala.
O 8 rex armipotens, agmina cœlitum
Cui parent, faciem cernere da tuam.
Tu nos si placidi lumine videris,
Cedent continuo cætera prospere.
Traduxti 9 Pharia de serobe vineam:
Pravarum expuleras semina gentium,
Ut 10 puro sereres purius hanc solo,
Jam radix teneras fuderat undique
Fibras; 11 jam tremulo frigore texerat
Montes: æqua ecdris brachia sparserat:
Tangebant 12 teretes æquora palmites,
& Euphratem teneri gemmina surculi.
Nudatam 13 solitis cur modo sepibus
In prædam hospitibus deseris hanc vagis?
Cur 14 hanc sævus aper proterit? alites
Carpunt? omnigenæ depopulant tera?
O 15 rex omnipotens, obsecro jam redi
Tandem, & sidereo prospice de throno:
Placatusque tuam respice vineam,
Plantaras propria quam tibi dextera.
Hunc 16 saltem placidus respice ramulum,
Cui cultu assiduo concilias eras
Robur, clara tui gloria nominis

Terrarum

Terrarum ut populis nota sit omnium.
Illic 17 flamma vorat brachia vitium:
Hic conulsa gemunt: cæsa bipennibus
Hic duris resonant: omnia pessum eunt:
Iræ justa tuæ nos premit ultio:
Indulgens 18 genitor, nunc ope subleva:
Firma præsidio nunc propius tuo
Hunc, vires & opes & decus antea
Affectu patrio cui cumulaveras.
Vitam 19 redde tuis, sancte parens, quibus
Semper mors avidis faucibus imminet.
At nos usque ducem te comitabimur,
Præsentem miseris te celebrabimus.
O 20 rex arm potens agmina cœlitum
Cui parent, faciem cernere da tuam.
Tu si placido lumine videris,
Cedent continuo cætera prosperè.

PSAL. LXXXI. *Exsultate Deo adjutori, &c.*

Hymnus ki videtur scriptus, ut decantaretur in festo tabernaculorum, ad cujus celebrationem Propheta populum studiose invitat, ipsumque adeo Deum multiplicia sua beneficia commemorantem fœdus antiquum renovantem de gentis Judaicæ ingratitudine & contumacia conquerentem, pœnasque simul irrogantem, inducit: ita tamen, ut ipsum invitum punire, multoque benefaciendi quam nocendi cupidiorem esse & fuisse, ostendatur.

Carm,

Carm. genus xxi

Discantus.



Exsultate 2 Deo nostro ; boga dicite verba



Nostræ salutis vindicis :

Altus.



Exsultate 2 Deo nostro, a bona dicite verba

Nostræ salutis vindici :

Iſacidûm 3 laudate Deum pæana canentes
Ad tympani dulces modos.
Nec 4 lyra ceſſent genialia nablia : feſtis
Tuba calendis clangite.
Hunc 5 lætus celebrate diem, ſtata ſacra ferentes:
Nam ſic ſtatutum eſt patribus,
Sic 6 l x ſancta juber, ſic ſacri fœdera pacti
Fœcuſſa cum majoribus.
Hæc eſt illa dies ventura in ſæcula teſtæ
Memphiticæ tyrannidis :
Quum *b* Peluſiacis Hebri gens hoſpes in oris
Erraret & linguæ ſonum
Attonita ignotum audiret, nec nota viciſſim
In verba fruſtra os ſolveret :
Quumque 7 humeros curvares onus ſervile, manuſque
Laſſaret olla fictilis ;

Excuſſi

Tenor.



Bassus.



Excussi 8 manibusque olim, humeroque levavi
Luto, inquit optimus parens:
Auxiliumque tuli poscenti in rebus egenis:
Et nube densa conditus
Intonui: e meritam propter, tua jurgia passus
Foci tui periculum.
Nunc 9 etiam selecta mihi genus auribus hauri,
Et quæ paciscor, accipe:
Si lo mea dicta vagis non tradas irrita ventis:
Nec alterum colas deum,
Nec prostratus humi supplex nova numina adores;
Sed 11 unicum te me Deum
Esse velis Domi: qui rupta d compede Nili,
Juris tui te reddidi:
Posce modo; spe plura feres, potiora petitis
Majora votis auferes.

Hæc 12 neque dicta suas populus demisit in aures,
Bene nec monenti paruit,
Ergo 13 ipsos sibi permisi, frænoque remisso
Solvi vagam libidinem.
O 14 potius monita audissent mea! me duce rectum
Utinam institissent tramitem!
Namque 15 humiles illis subito fractosque dedissem
Hostes meamque dexteram
Vertissem in gentes, quæ 16 recta odere, profanas:
Et supplices mendacibus
Vultibus Isacidum ambissent verbosque favorem;
Felicium omne in sæculum
Isacidum, quibus 17 almus ager fudisset abunde
Frugum benignam copiam,
Mellaque de duri fluxissent viscere saxi
Per arva cultus insequa.

PSAL. LXXXII. Deus stetit in, &c.

Psalmus hic primò docet, Deum omnibus regibus & judicibus superiorem esse, eorumque actiones & sententias exacte nosse, rationesque aliquando reposcturum esse. Proinde accusat & objurgat magistratuum injustitiam, eosque suo officii commonet; & in quanta dignitate divinitus sint constituti, quantaque ipsorum sceleribus pœnæ immineant, ostendit. Tandem precatur, ut, quando nemo judicum istis admonitionibus moveatur, ipse Deus justis regis & judicis officio inter homines fungatur.

Carmen vi

a REgum timendorum, in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis,
Qui judicantum examinabit
Nequitiam b trutina severa

Num

Num 2 fraudulentos semper & impios
(inquit) dolosa lance fovebitis?
Pauperque 3 pupill usque vestrum
Ceu scopulum metuet tribunal?
Quin 4 orbitatem cernitis anxiam?
Jurem querelis quin inopem datis?
Cur pauperes non à superbo
Ludibrio asseritis potentum.
Frustra 5 monemus: lumina cæcitas,
Errorque mentis obsidet: ut neque
Compaginem rerum solutam
Justitia pereunte cernant.
Deos 6 vocavi vos Dominos necis
Vtique feci: sceptiferâ manu
Pacem dedi tueri, & armis
Lethiferum cohibere bellum.
At 7 mors iniquæ justa superbiæ
Ultrix honores detrahet, & pari
Ignobili cum plebe fato
Purpureos rapiet tyrannos.
Exurge 8, legum frænа manu. Deus
Capesse, cunctis arbitrio tuo
Qui regna dispensas ut orbi
Imperio domineris æquo.

PSAL. LXXXIII. *Deus quis similis, &c.*

Hoc quoque Psalmo Ecclesia in suis angustiis ad Deum confugit, ejusque auxilium contra hostes suos multiplices, qui enumerantur invocat, eodemque modo, quo Chananæi Jabin a Barracho, & Madianitæ à Gedeone victi sunt, istos quoque vinci & funditus everti postulat, idque eo potissimum nomine, ut Dei omnipotentis majestas & præsentia clarius apud gentes elucescat, & quàm latissime propagetur.

Carm. genus ii.

NE 2 taceas, ne cunctèris, pater optime, neve
Preces tuæ tam spernè duris auribus.
Ecce 3 fremunt hostes circum, & mihi cretumultum
Sævo parati cuncta, crista erigunt.
Concilia 4 occultè coeunt, populique minantur,
Tu quem tuendum prò te suscepèras.
Eia 5 (aiunt) properate, omnem succidite silvam,
Ab stirpe sobolem delcamus Isaci.
En 6 scelerum pacta manu, coiit omnis in unum;
Tua institura ut deleant & fœdera.
En 7 cum palmifera junctus a Nabathæus Idumæ,
Soboles 8 Moabi, & b Agareni & c Gabala,
Cumque Palæstinis Tyriisque d Amalecus & e Ammon,
Sy usque 9 juga celtra f Lothi posteris.
At Io 10 ultor e colo victos g Madiana juventus,
Ut exta rexit fenestras tevi dice,
Sisara ceu tumidus cecidit, mulierque i labini:
k Cissontis unas turpida, quum sanguine
Tinxere: 11 ii fluxæ passim jacuere cervæ.
l Lætamen agris. 12 nec fuga eripuit duces
m Orebum & n Zebum: nec subiere sæv. Tebræ
Af-lee mouri o Zebeamque & p Salmanam:
Dicere 13 non veriti animo votoque superbo,
Dominos suos ferui sævarii.
At 14 tu antèe parens, sic hos vertigine torque,
Ut rotula clivo, stipula vento volvitur:
Flamma 15 velut silicæ pop latat brachia silvæ,
Ver el aflu ens montium cacumina,
Sic 16 rge atione nos consterna eque procelli,
Tui furoris cilipa sic turbine.
Sic 17 animos dolor exerit, pudor ora coloret,
Suis mitteris, numen ut probent tuum.

Sis

Sic 18 ignominiâ factum preme, damna timorque
Sic continenter territos exercant,
Tecum 19 celum at noscant dominum, rerumque potentem
Quacunque terras ambit q axis igniser. (tem,

PSAL. LXXXIV. Quam dilecta, &c.

Docet hoc Psalmo Propheta, summum in hâc vitâ felicitatis gradum esse, habitare in Tabernaculis Domini, id est, membrum esse veræ Ecclesiæ, pieque Deum invocare & colere. Ideoque idcirco conqueritur de suis inimicis, quorum violentiâ è cœtu piorum excludebatur, Deumque orat, ut ardenti huic suo in templum redeundi desiderio, optatâ sui visione, tandem satisfaciat.

Carm. genus viii.

O 2 Rex a armipotens, qui b creperos tuo
Bellorum arbitrio dividis exitus,
Ergo limina templi
Lætis conspiciam tui.
Hic 3 cor lætitia palpitat: hic bonis
Largiter mens inebriis, gestiunt
Artus, arida vivi
Vitâri propiùs Dei.
Hic 4 passer latebras invenit, hic locat
Nidum d veris avis nuncia & atria
Regis belli potentis,
Ut vos adipiciam libens!
Felix 5 qui domui perpetuo tuæ
Haerens te celebrat! qui penitus suam
In te spem posuerunt
Felices ter & amplius.
Felices 6, studio qui properant pio
Templo sacra tuo ferre! 7 per arduas

Valles fontis amœni
De rivis liquidis bibent.
Nec deerit pluviæ, quæ repleat cavas
8 Fossas, egmen aquæ dum properat premens
Turmam turma parentum
Ritu cædere victimas.
O 9 rex armipotens, da placidum tuo
Te regi, capitis cui decus inclytum
Sf Indâlsti: bonus aurem
Ne duram abnue supplici.
Tu 10 noster clypeus, rebus in asperis
Spes & præsidium; 11 juxta adytum tuum
Unius mora lucis
Pro mille est mihi sæculis,
Sim custos potius liminis in tuo
Templo, sancte parens, quàm Solyma procul
Degam, inter scelleratos
Multis clarus honoribus.
Tu 12 sol, tu clypeus, tu Dominus, tuis
Tu das conspicuâ fulgere gloriâ,
Nec puro scelerum unquam
O Claudis munificam manum.
12 rex armipotens, quem pene exitus
Bellorum & positis ensibus otia:
Orbis terque beatos,
Qui te sæpe solidâ colunt.

PSAL. LXXXV. Benedixisti, &c.

Hoc Psalmus in memoriâ Dei revocat priorem suam placabilitatem & misericordiam, Patribus delinquentibus sæpe præstitam; atque ideo in præsentia quoque Ecclesiam non deserit, sed mitigatis benignè calamitatibus revocaturi pergit: nec petit solum; verùm etiam animosâ quadam fiducia statuit, vota se compotem fore: & quasi in re

Te presenti iam versetur, novam Ecclesiæ felicitatem magnificè describit, deque eâ illi cum gaudio gratulatur.

Carm. genus I.

NOn 2 semper tumidis fervent vexata procellis
Æquora, nec gelidâ riget horrida terra pruina
Ieque vicem *a* ponunt venti: mare sterni: aura
Ditior in florem turpentes evocat herbas.
Nec 3 semper Deus, avertis mœrentibus aurem
Durus, & indulgens iræ: quondamque favore
Sponte tuum amplexus populum es: vinclisq; solutis
Servitii patrias duce te remeavit ad ara.
Oblitus 4 scelerum & violati fœderis iram
Lenisti, & patriâ texisti cr mina curâ.
Et 5 nos ergo parens, nostræ & spes una salutis,
Respice placatus, facilisque, animumque benignum
Accipe; 6 perpetuæ nève implacabilis iræ
Savit in seros etiam vindicta nepotes.
Respice 7 nos melior tantum quodcunque miseliæ
Spirat, & huc animæ, te respiciente vigorem
Accipiet: populoque tuo, jam nube repulsa
Tristitiæ, lætis hilarabunt gaudia vultus.
Alme 8 pater, nos, bonitate tuâ complectere fessos,
Speratæque diu jam fructum ostende salutis.
Jam dudum 9 expecto, Dominus dum læta futuri
Signa det arcano pulsans præcordia motu,
Et 10 dabit haud dubie posita placabilis irâ
Signa secunda; pius dabit omnia prospera, leges
Quæ patrias & sacra colent errore relicto.
Ecce 11 salus, ecce incultas bona copia terras
Incolet & læti renovatrix gloria sæcli.
En 12 bonitas en alma fides foret obvia gressus;
Terra 13 fidem, cœlo: terras *b* Astræa relicto
Sancta colet, comes Astræa bona copia cœlo

Appluet,

Appluet, & lætos decoribit frugibus agros.
Et 14 quacunque tecet Dominus vestigia, gressus
Antè ferent jus salque suos: his, vilque dolusque
Deferet afflictas per tot jam sæcula terras.

PSAL. LXXXVI. Inclina Domine, &c.

Psalmus hic ad istam precationem continet quâ David conscius suæ imbecillitatis, a Deo se exaudiri, doceri, regi, & in vitæ innocentia confirmari, cum quadam fiducia petit simulque Dei omnipotentiam, mirifice tum & clementiam mirifice predicat.

Carmen.

DA 1 mitis aurem supplici
Deus: saluti consule
Ope destituti & pauperis,
Nec semper iræ vindicis.
Servum 2 tuum serva Deus,
Cui spes salutis unica est:
Serva 3 invocantem jugiter
A solis ortu ad vesperum
Depelle 4 mentis nubila
Pendentis à te servuli.
Blandæ 5 pater clementiæ,
Promptus vocanti parcere,
Intentus 6 auri supplicem:
Nam 7 te vocamus arduis
Imbrebus, invocantibus
Opem benignus quod feras
Nullus 8 deorum par tibi:
Nullus secundus: exserit
Nullus suam potentiam
Tam splendidis miraculis.

Rerum

Rerum 9 creator, ultimis
Ab orbis oris affluent,
Flexoque gentes poplite
Te prosequentur laudibus.
Solus 10 nec ævi termino
Inclusus aut potentiæ,
Deus deorum, gentibus
Miranda cunctis perpetras.
Legum 11 tuarum famitam
Fac ingrediar me: pectoris
Compone fluctus turbidos.
Tranquilla mens ut te colat.
Ut 12 spiritu contagii
a Emancipatus corporis,
Tuam celebret gloriam,
Dum vita vocisque supperet.
Vivax 13 tuâ clementiâ
De fauce mortis eruis,
Quam 14 virium fiduciâ
Sævire hostis insolens?
Securus 15 quum vis numinis
Mihi immineret, tu Deus
Iratus & placabilis,
Es pactia fidus reddere.
Mitis 16 bonusque respice,
Qui pendet ex te, servulum;
Operi fer, & b vernaculum
Tuum periclis eximc.
In 17 me favorem sentiat
Hostes tuum: ora decolor
Muteat pudor, quum viderint
Mihi te salutis vindicem.

PSAL. LXXXVII. Fundamenta ejus, &c

Celebrat Propheta hoc Psalmo perpetuoque se celebra-

turum pollicetur, laudes, Sionis, seu veræ Dei Ecclesiæ, quam comparatione aliarum urbium mirifice extollit, & in ejus societatem omnes voto terrarum orbe gentes perventuras esse, cum gaudio prædicit.

Carm. genus iii.

ABramidarum cæteras urbes supra
Dominus Sionis diligit
Portas Sionis, imminet quæ montium
Fundata sanctis collibus.
O 3 prædicanda posteris sæclis Sion,
Bea a mater urbium:
Te cumne *b* Babylon se audeat comparer?
4 Tecumne *c* Memphis insolens?
Ventura Babylon sub jugum Dei, Domo
Flexura Memphis poplitem
Præclara quamvis & Palæstina & Tyros
Jactet virorum robora;

Carm. genus xxii.
Discinum.



Altus





Nihil 5 ad Sionem fort bus fœtam viris,
Favore tutam numinis
Censore 6 Domino humana gens quum nomina
Ad profitenda confluet.
Quis non Sionis te feret civem? inseri
Quis non colonus ambiet?
Tum 7 vox Sionem carminum tum vox lyræ
Canent Sionem & tibiæ
Et nostra si quid audiendum vox sonet,
Laudem Sionis vox canet:
Et si quid animus voce dignum exeogitet,
Animus gioni serviet.

PSAL. LXXXVIII. Domine Deus, &c.

Miserabilem hic Psalmus lamentationem continet hominis servitutis ira dominæ oppressi, & omnibus humanis præsidiis destituti, eamque desperatione et morte æternâ luctantis. quippe tamen animum erigit, solusque Deo misericordiæ spem & fiduciam suam nitti ostendit.

Tenor.



Luce voco te, nocte voco te, sola salutis

Basse.



Luce voco te, nocte voco te, sola salutis



Spes, columen, vitæ præsidiumque meæ.

Spes



Spes, columen, vitæ præſidiumque meæ.

In 3 parem, facilem te vultum averte precanti,
Neve huic ſis dura reſpuat mente preces.
Mens 4 habet ira malis torpet; confecta dolore
Funereas ſpectat languida vita faces
Membra 5 vigor liqui: mors ungibus imminet atris:
Dimidium tantum jam mihi cura meo eſt.
Corpora 6 non aliter pallent ſub mole ſepulcri,
Vellacie quæ ſibi mors inopina tulit.
Perpetuis 7 quæ ſub tenebris oblivia condunt
Alta, ſalutiferam te retrahente manum,
Carcere 7 ceu claſſum, 8 & cæca ſub nocte ſepultum,
Me pio è lethæa gurgite merge ſaqua,
Iſque 8 premis, ſtravoque urges, ſperaque jacer tam
Acer tumulus vitæ ſtimulos concta præ.
Me 9 relicti fugiunt, fugiunt horrentque ſodales,
Quos pectus oſſecta ipſes era offerati:
Affixuſque ligno, ceu compede vinctus,
Languida 10 cæſſerunt lumina victa malis.
Interea laſſas tendo tibi ſiderа palmas,
Te cenſente dies, te fugiente voco.
Sollicitus ſpectas, ut acerbo morte perento
Oppetes vires me revocando tuas.
Annè tua manus in laudes ora reſolvent,
Quos ſæpe ille tibi claudet avara ſinus?
Annè tua ſub tumuli bonitas cantabitur antro?
Vulgabit tve tuam mura ſepulcra fidem?
Annè tua in tenebris memorabitur alma ſalubris?
Annè tua in tacitum facta ſilentia pandent?
Annè ubi cinereis nox tenebraque tuas?
Annè ego te, genetrix, ſuppleve tumulo clamo
Nec cecidit vanus ſi mea vox locuſve meus?
Sed ſi pia cum tumulo exhumantur ſalubria ſæpe
Corpora, cur animæ non reparantur opes?



Spes, columen, vt te præsidiumque meæ.
Me 16 dolor & primis labor anxius urit ab annis:
Me trepidi ex animant corde micante metus.
Me 17 furor exagitat tuus, opprimit undique terror,
Agmen 18 ut habenæ, quod fata mergit, aquæ,
Auger 19 inops, caris facto desertus amici;
Nec noti æruminis ingemuere meis.

PSAL. LXXXIX *Misericordias Domini, &c.*

Hoc Psalmo Ecclesia in summas angustias & miserias conjecta, ita quidem, ut à Deo ipso deserta videri possit, ingeniose Dei omnipotentiam & benignitatem prædicat, ejusque promissiones de venturo Messia Davidi factas, quarum Deus oblitus videbatur, commemorat: et etiamsi ob earum auxilii facile in dubium venire Dei misericordia & veritas posset se tamen propterea de fide promissionum divinarum minime dubitaturum, sed certo voti aliquando compotem, Dei bonitatem omnibus prædicaturum esse asseverat.

Carmen 1.

TU 2 mihi carmen eris rerum pater optime semper:
Notaque erit populis bonitas, me vate, futuris,
Pollicitique immota fides, dum sidera mundo
Vsque micabunt tacito: 3 citius quoque sidera credam
In chaos ire iterum ipso secludere mundo,
Irrita quam facti credam fore fœdera pacti,
Ista 4 concepta tuo quondam cum Davide verbis
Dum 5 mare, dum tellus starent, dum sidera cæli,
Davidi generis mansuram in sæcula prolem,
Et thalamum regni venturo in tempora sedem:
Te 6 patet, æthereæ cœtus, te jure piorum

Se cla

Sæclaſ hominum celebrant, p trantem ingentia, mundo
Mirante, 7 & ſtabilis jus inviolabile pacti
Servantem; quem terra tibi quem conſtruat aer,
Magne p ren? 8 quem ſideres tremit omnis olympi
Cœtus, & attoniti ſubmiſſa mente y anni.
Armiram 9 bellique potens quocunque moveris,
Alma fides cl tâ circum e luce refulget.
10 Tu mari is ir atif rias compeſcis & undæ
Dejicis inſanæ tumidos ad ſidera fluctus.
Tu 11 Pharon elatum teto li vulnere ſternis,
Et quicunque tui miſerum caput objicit armis.
Tu 12 terræ cœlique opifex quæcunque capaci
Complexu facies mundi revolubilis ambit,
Auctorem agnoſcunt 13 Aquilo tibi ſervit & Auſter,
& Thabor & occidum qui condit vertice ſolem,
Quique rubet radiis Hermon tot factus Eois,
Letitia exultant 14 validæ tu robore dextræ
Clara per immenſum ſpargis miracula mundum.
Ante 15 tuum ſolium tibi juſtum apparet & æquum
Ante oculos aſtat bonitas & neſcia fleti
Promiſſi ſinceri fides 19 O terque quaterque
Felices, quos ſi ſtarum clangore tubarum
Ad tua ſacra vocas, 17 quos ſacri lumine vultus
Illuſtras, hilaresque tui ſub numinis umbra
Cuſtodis, 18 bonitate tuâ ſuper æthera vectis
Das vi es, decus, imperium: 19 das impia contra
Agmina ceu clypeum, per dura pericula regum.
Tu 20 tibi delectum ſecreto numine vitem
Impleſti, ut ſæclis daret hæc reſponſa futuris.
Ipſe 21 mihi legi mediâ de plebe meoque
Impoſui regem ſolio, qui protegat armis
Iſacidas populoque meo qui jura miniſtret,
Davidis & ſacro perfudi tempora olivo,
Huic 22 animum viresque dabo, præſenſque tuebor
Perpetuo, 23 ne fraude ſcelus, ne robur aperte

Exitium

Exitium ferat: 41 se hostes ipse impia sternet
Agmina 25 nulla meam vertet sententia mentem:
Auxiliumque ferambonus, & super æ heris axem
Nominis auspicio nostri se gloria tollet.
Jura 26 dabit terris, rapido quas gurgite claudit
Hinc mare & Sidonio fœcundum murice, & illinc
Palmifer Euphrates: 27 suppl x me in vota vocabit
Ille patrem Deus ille meus tu (dicet) & unum
Præsidium, tua meæ custodia certa salutis.
Hunc 28 ego præcipuo contradignabor honore,
Supra alloſque dabo rerum moderamina reges,
Quicunque immensum populis dant jura per orbem.
Nec 29 meus exhsistet favor illi in sæcla, nec illi
Jura æterni sventur fœderæ pacti.
Quin 30 si bolem & sobolis seco in cuncta nepotes
Sæcla dabo, & stabilis sceptrum immutabile regni,
Donec ab obscuris lucem sol dividet umbris.
Quod 31 si posteritas mea fœdera sancta profanet
Immemor 32 & legem spernat, jussamque recuset
Ire viam 33 domitos pœnis duroque labore
Compescam & plagis usque exercebo rebelles.
At 34 neque destituam regem bonitate perenni,
Fœdera nec solvam, 35 nec quod semel ore profudi,
Ulla immutabit venturi temporis ætas.
Quippe 36 semel sancto firmavi fœdere, juravi
Per me Nulla dies in ti cum David pacti
Immemore argueret; 37 sobolem dum sæcula mundus
Volvet ei patrii sceptri moderamen habebit,
Esto 38 mihi sol testis ad hæc, & conscia luna,
Cum quibus æquævum sceptrum Judæa tenebit.
At 39 nunc sancte parens tumidâ inflammatus ab irâ
Projicis electum regem, 43 ra a fœdera pacti
Negligis & capiti sacrum diadema revultum
Sternis humi, & populis præbes calcare profanis:
Nuda 41 patent hosti disjectis oppida muris:

Si

Si qua manet, gelida formidine concutit arcem:
Cunctis prædalumus populis, 42 rapiuntq. ferentq,
Vicini, insultantque mali, miseroſque protervi
Vocibus illudunt. 43 hoſtis tu robora dextram
Interea firmas perfundis pectora dulci
Lætitia: 44 ac gladios heberas in vulnera noſtra:
Nec recreas fractos duro in diſcrimine belli.
Jam 45 decus & regni plendor, jam proxima cœlo
Majeſtas verſa in tenebras, ſolique ſuperbi
Gloria ſtrato jacet. 46 brevisimmatura juventæ,
Staminæ præcidis: miſeræ pars ultima vitæ
In luctu inqualore ignominiaque ſenescit.
Quem 47 finem dabis ærumnis? nunquam ne tuorum
Reſpicies clades vultu placatus amico?
An cœu flamma fumi, ſemper tua ſæviet ira?
Ipſe 48 memor tecum repura, quam concita noſtræ
Tempora prætereant vitæ, fruſtraque gerentis
Humani generis ſobolem? 49 ut brevis exigat ævi
Tempora perpetuo curarum exercita fluctu?
Dum fractam lacrymis & corporis ſenio ve, repulchri
Clauſerit obſcuro mors illacrymabilis antro.
Heu 50 bonitas ubi priſca fides ubi priſtina, ubi illa
Fœdera conceptis quodam cum Davide verbis
Facta tibi? 51 cerne opprobriis quibus impia ſervos
Turba tuo premat exſultans-quam multa ſilenti
Clauſa ſinu maledicta ferat, dum tuba profana,
Dum 52 circum innumeræ gentes convicia fundunt,
Noſque tui Chriſti verbis petulanter amaris
Adventum ſperare jubent. 53 At tu bone rerum
Conditor, æterno verax celebraberis ævo,

GEOR-

GEORGII BUCHANANI, Paraphrasis in Quartum Librum Psalmorum

PSAL. XC. Domine, refugium factus, &c.

Hoc Psalmo Moses insigni & pathetica descriptione primò exprimit miserias, angustias, brevitatem & inanitatem vitæ humanæ, mortisque & acumnarum omnium veram causam esse indicat peccatum, cui Deus irascens, tam variis hominem calamitatibus et morte ipsâ castiget. Petit deinde, ut Deus meditationem harum miseriarum quotidianam in pectoribus hominum excitet, atque ita ad veram sapientiam à pecudibus. Docet etiam, ubi horum malorum remedia sint quærenda: Demque orat, ut pro infinita bonitate suâ hominibus adsit, omnesque actiones ipsorum felici successu prosperet & juvet.

Carm. genus v.

CÆlitum rector bone, ab usque primis
Sæculis, mundi rudis & juventa,
Qui laborantes ope sublevasti
Semper amicos:
Antequam tellus nova parturiret
Montium saltus tegeretque montes
Lucidus cœli decor ante metas
Lucis & umbræ,

Tu

Tu manes idem pater orbis, unus
Nec vices rerum patiens nec avi
Termino clausus brevis; unus expers
Finis & ortus.
At 3 brevis nobis miseræque vitæ
Fila paulatim tenuas, senecta
Donec in putrem cinerem caducos
Solverit artus.
Tempus 4 annorum tibi mille lucis
Instar hesternæ fluidique puncti,
Nulli decursus ubi quod recessit,
Signa relinquit.
Nostra 5 vi nescet tenues in auras
Vita per siccas velut unda arenas,
Aut velut sensus per opaca lu ens
Noctis imago.
Herba 6 ceu verno saturata rore
Mane, mox languet medio sub æstu,
Mox humi *b* com s jacet arefactis
Vespere sero
Præter 7 & vitæ mala tot fugaces
Quæ voluptates vitiant amaro,
Ira turbat s tua semper instans
Pectora vexata
Quicquid 8 erramus temerè aut malignè,
Quæ timor celat tenebris pudorve,
Tu vides, nec re latet iraq eti
Pectoris æstus.
Dum 9 tui pœnas meritas furoris
Mens reformidat, propè cogitatu
Ocyus vitæ spatium *d* citatis
Aufugit alis.
Septies ro denos spatiosa in annos
Vita procurrit; quibus est senecta
Firmior, ferme in decimum superstant.

Amplius

Amplius annum.
Qu'd ſenectutis memorem l.bores?
Tr.nſv.lat blandæ breve e ver juventæ,
f Inquies curis miſeriſque morbis,
Ocyus Euro;
Deinde 11 quis juſtæ tolerabit iræ
Impetum, ſi jam jubeas nocentes
Pro modo offenſæ numeroque juſtas
Pendere pœnas?
Sic 12 pater, ſic ô numerare fluxæ
Nos doce vitæ ſpatium, caducis
Mens ut à curis revocata veri
Lumen honeſti
Cernat. O 13 tandem placidus favenſque
8 Deſine irarum, propiuſque ſervis
Semper aſſuetâ tibi lenitate
Conſule feſſis.
Fac 14 tuæ fructu bonitatis aucti,
Gaudio tandem ſatiemur: ægris
Liberi ut curis reliquos agamus
Suaviter annos.
h Cedat 15 & lætis fugiens viciſſim
Luctus, exacto modus & labori
Par voluptatis ſubiens amarum
Mitiget ævum.
Facta 16, M jeſtas, op.ra, amplitudo
Nota ſint ſervis tua, poſteriſque
Nota ſervorum tua qui liberter
Juſſa capeſſunt.
Fac 17 tua ſemper bonitas ſit nos
Splendor i luſtret, bone rector orbis:
Gratiæ adſpirans favor actiones
Proſperet omnes.

FSAL·

PSAL. XCI. *Qui habitat in adjutorio, &c.*

Docet hic Psalmus, quanta felicitate et securitate fruantur eorum qui se suaque omnia Deo commendent, et magnanimâ quâdam spe & fiduciâ a solo Deo pendeant. Illis etiam non vim, non fortunam adversam, non tumultus, non bella, non insidias, non vexena, non pestem, non diabolum, non denique mortem ipsam, sine Dei voluntate, nocere posse affirmat. Mirifice quoque introducta prædicat vigilantium custodum angelorum, pro Ecclesiæ salute exsultantium; & sub finem, ipsum Deum suam benevolentiam & protectionem hominibus pro pollicentem, inducit.

Carm. genus vi.

SI protegendam præsidio Dei
Credas salutem, rem, sobolem, domum,
Insana 2 quum sors intonabit,
Si domino fugias sub umbram;
Securus omnem, fer violentiam
Sortisque mortisque, & tetricas minas
Contemne: securus tumultum
Despicias coperi aduelli.
E 3 fraude cæca te Deus eximet,
Frangetque cassas insidiantium,
Nec sæviens latè venenum
Lethiferæ patiere pestis.
Expandet 4 alas te super, & suis
Pennis fovebit rebus in asperis:
Certusque: promissæ salutis
Sub clypei latitabis umbrâ.
Noctis 5 per atræ cæca silentia
Non 6 expavesces cæc: pericula:
Non luce grassantem timebis

Pernicíem

[illegible]nec aperta bella :
Internecionis strages mille cadaverum,
Dextra feriensa, mille cadaverum,
Sortem malorum & exsors propiùs quam
Incolumis, fugies ruinam
Pœnam videntes interea malos
Latus videbis : 9 præsidio Dei
Securus armorum & tumultus,
Ceu vallo tegeretur muris.
Nec lædet, nec adesse vis proprius tuas,
Aut damna tangent. 11 nam Deus angelos
Custodiæ tuæ salutis
Præficiet, vigilisque ad omnes
Motus, viarum qui referent moras :
Qui 12 pedem salebras te manibus ferent,
Ne saucietur pes recussus
Objectibus scopulorum acutis.
Securus 13 atres inter aspides
Degas, ferarum & pignora rigidum :
Turusque calcabis dracones,
Et [illegible]ibyces catulos leænæ
Objurgat 14 (inquit) me Deus unice, &
Honore nomen prolequitur meum :
Labori sis hujus vicissim
Hic lumen eripiam periclis.
Præsens 15 vocanti subsidium feram,
Et imminenti rebus in asperis
Fato eximam : exemtoque honorum
Eximium decus arrogabo.
Longo 16 virenti robore transigat
Serosenectæ tempora suaviter :
Meæque monstrabo beare
Quam soleam ratione amicos.

PSAL

PSAL. XCII. Bonum eſt confiteri, &c.

Prædicat hoc Pſalmo perpetuoque prædicaturum ſe polli-
citetur Propheta æternam Dei juſtitiam & bonitatem, qui
impiorum felicitatem diuturnam eſſe non ſinat; pios autem in
ſuis anguſtiis recreet & exhilarat, eoſque ad extremam uſ-
que ſenectam vividos & florentes conſervet; idque
eo maxime nomine ut Dei clementia ab eis celebrata om-
nibus gentibus innoteſcat.

Carm. genus iii.

TE 2 prædicare, laudibus te proſequi,
Rex alme cœlitum, decet.
Seu 3 ſol Eoâ luce terras purpuret
Seu nox tenebris obruat,
Lux prædicantem me tuam clementiam,
Nox audiet conſtantiam,
Nec 4 voce tantum, ſed canora barbito,
Sed cymbalo, ſed nablo.
Operum 5 tuorum tacita cogitatio
Animum jacentem exuſcitat.
Quum facta reputo, geſtiunt præcordia
Perfuſa dulci gaudio.
O 6 opera! facta ô magna vere! ô ſub cavâ
Conſilia nube condita!
Conſilia cæcis mentibus mortalium
Ignota! 7 qui non cogitant
Florere pravos inſtar herbæ, quam fovet
Sol lenis, humor educat:
Mox 8 inſtar herbæ frigorum afflatu levi
Marcentis evaneſcere.
Tu 9 ſemper idem permanes nec ſentiens
Rerum vices nec temporum:
Sceleris 10 amicos actuos hoſtes premet

Ruina

Ruina inevitabilis :
At 11 me foveb a patriâ indulgentiâ
a Crudo vigentem robore:
Et rore mitis balsami vultum imbues,
Roseo juventæ lumine.
Oculis 12 malignis qui tuentur me hostium
Falsam ruinis lumina,
Et impiorum, qui creant mo'estiam
Mihi lætus exci ium audiam.
b Ceu 13 palma, justus germinabit nterim,
Aut c cedrus in d Libani jugo,
Quam non procellæ, non calor, non frigora
Honore nu antfrondium.
Quæ 14 planta firmis hæserit radicibus
In æde Domini aut atriis,
Se flore ameno frondibusque vestiet,
Fusique 15 lapsu temporis
Ægræ senectæ damna nullo sentiet,
Onerata largis fructibus:
Ut 16 nota cunctis gentibus sit æquitas
Domini potentis : qui meæ
Arx est salutis una, qui nunquam malæ
e ffinis est injuriæ.

PSAL. XCIII. Dominus regnavit, &c.

Psalmo 93. Ecclesia ex angustiis suis tandem liberata, eorumque compos facta celebrat Dei omnipotentiam et veritatem, ejusque præsidio freta, insolentiam & minas hostium cum quadam exultatione extreme contemnat.

Cum genus si.

1 Jam Dominus rerum imperium susceipit, amictu
Decore multo & dignitate : robore

Jam

Jam ſeſe accinxit Dominus, qui mœnia mundi
Firmavit, ullo non movenda ſæculo:
Cujus 2 ab æterno ſolium eſt immobile regni,
Ut ipſe nullis temporum metuens vices.
Flumina 3 præcipites volvant cum murmure fluctus,
Et æquor undis æſtuet minacibus:
Compeſcit 4 Dominus gravidis turgentia nimbis
Flumina, minacis ſternit undas æquoris.
Stat 5 fixum, & cunctis manet invariabile ſæclis
Quodcunque Dominus ore ſancto protulit.
Quæque ædem exornant Domini ſacra myſtica, nulla
Oblivionis damna ſera ſentient.

PSAL. XCIV. Deus ultionum, &c.

Hic quoque Pſalmus Dei auxilium implorat contra hypocritas & hoſtes populorum, qui impune a ſe injuriam fieri miſerabiliter conqueritur. Eos igitur dicet, Deum ſpectatorem et vindicem eſſe actionum omnium, eumque impios, cum tempus tandem punitorum, & periculi ſui pios exacturum eſſe. Hunc unum Deum ſalutis ſuæ auctorem & vindicem agniſcit & profitetur.

Carm. genus xiv.

O Fraudis ultor, ſceleris & index Deus,
Oſtende numen impio contra tuum.
O 2 juſte judex orbis experg ſcere,
Meritiſque pœnis reprime arrogantiam.
Quouſque 3 tandem rector orbis opt me,
Seſe ſuperbe jactitabunt impii?
Devota 4 ſcelere fa[illegible]re ſuo
Plaudit, ſibique fabulis ſtul is placet:
Tuumque 5 populum pedibus interim premunt,
Tuam proterve hæreditatem proterunt:
Viduam 6 trucidant advenamque, & omnibus

aParente

6 Parente cassos obruunt molestiis?
Secumque 7 mussant, Hæc Deus non adspicit,
Nec fanda prorsus & nefanda intelligit.
Gens 8 ergo brutâ penitus ignorantiâ
Obtesta pectus somnolentum, discute
Animo veternum & cogita tecum, Deus
Qui 9 fecit aurem, surdus est? qui luminum
Formavit orbes, ipse nil videt? 10 vagas
Sine lege gentes recta qui sequi docet,
Non is suorum paniet scelera, quibus
Oracla legum sacrosancta credidit?
Arcana 11 nostri pectoris novit Deus,
Consilia vana, spes inanes turbidos
Æstus 12 Beatus ille demum, quem parens
Erudit amore patrio, legis suæ
Cui scita monstrat. 13 rebus in duris aget
Securus ævum, dum paratur impio
Nassa, in laeunam incogitantem quæ trahat.
Hæreditatem 14 nec Dominus unquam suam
Ope destitutam negliget, nec impiis
Prædæ relinquet. 15 sed tribunal judicum
Ad æquitatis diriget normam suæ.
Vitamque ad illam dirigent boni suam
Contra 16 sceleslos quis mihi auxilium feret.
Mecum impiorum quis premit superbiam?
Nam 17 jam sepulcri frigidus sub frigido
Cumulo jacerem, 18 nisi Dominus opem mihi
Præsens tulisset, & sua clementia
Firmasset animum & jam vacillantem gradum
Fulsisset, & me panè submersum malis
Solatus esset, anxiæque nubibus
Curæ remotis reddidisset gaudium.
Mecum 20 loquebar Quid sceleslis cum Deo
Commune? scelera legis umbrâ qui sua
Tegunt, bonorum fraudulenta qui in caput

Concilia coeunt: 21 factione innoxium
Premunt, iniquisque obruent sententiis.
At 22 rector orbis me tuebitur, meæ
Custos salutis, arx meæ fiduciæ,
Pro 23 scelere pravis digna reddet præmia:
Suis & ipsos artibus perfundabit
Rerum creator dominus, ac noster Deus.

PSAL. XCV. *Venite, exultemus, &c.*

Psalmo xcv. primo vehementi quâdam cohortatione David populum ad cultum Dei, celebrationemque potentiæ & misericordiæ ipsius invitat: deinde Deum ipsum inducens pertinacia Judæorum conquerentem, eosdem ab impietate & ingratitudine deterret.

Carm. genus II.

Ela 1 alacres cuncti Domini celebremus honores:
Salute parta Domino agamus gratias.
Eia 2 alacres rapiamus iter; mora segnis abesto:
Dominum canora personemus barbito,
Magnus 4 enim Dominus Deus est: Rex magnus, &
Longè universis est deis potentior. (orbis
Ille 4 manu fulsit vastæ penetralia terræ,
Et nube cincta montium fastigia.
Ille 5 vagum fecitque, & factum temperat æquos,
Terramque falsis innatantem fluctibus.
Eia 6 gemergenibus flexis mansibulque supinis
Dominoque nostro supplicemus, & patri.
Noster 7 enim Deus est, nos grex illius ab uno
Pendemus illo, spiritumque ducimus:
Si modo non lentam verbis dimotis illius aurem,
Nec respuamus monita per inaciter:
Nec 8, velut ad Meribam meritis, inquit, acerbis
Et arroganti provocetis murmure:

Aut,

Aut, Arabum veluti quondam per inhospita saxa,
Vires rebelli voce tentetis meas:
Quum 9 proavi vestri me exploravere, meumque
Didicere factis plurimis potentiam,
Illa 10 quater denis mihi natio restitit annis:
Dixique semper interim, Hæc gens desipit,
Et mea securas transmittit dicta per aures.
Irâ 11 ergo justâ in pertinaces concitus
Juravi, Terræ gens hæc ingrata beatæ
Promissa amicis commoda haud carpet meis.

PSAL. XCVI. *Cantate Domino, &c.*

Hoc Psalmo David non solùm populum Judaicum, verùm gentes quoque universo terrarum orbe dispersas, ad agnitionem & celebrationem veri Dei, miris verborum illecebris allicit, atque de regno Christi, ex omnibus nationibus unitatem fidei colligendo, non obscure vaticinatur.

Carm. genus x.

NOn 1 usitato pangite
Orbis parentem carmine,
Orbis coloni, in cognitis
Abusque terræ finibus,
Cantate 2 Dominum laudibus:
Nomen beatum tollite,
Et mente gratâ agnoscite
Vestræ salutis vindicem.
Sol 3 quà recurrit, audiant
Gentes Dei potentiam,
Stuporque dulci gaudio
Perfusa oberret pectora.
Namque 3 unus est vere Deus,
Cunctisque major laudibus,

Et diis timendus cæteris
Quos horret error credulus.
Vesana 5 gentes cæteræ
Pro diis colunt ludibria,
Dominus potenti dexterâ
Cœlum solumque condidit.
Apparet 6 illi dignitas,
Auctoritas, potentia,
Ejusque templa siderum
Fulgore lucent gloriæ.
Tribuite 7 Domino gentium
Terras colentum sæcula;
Tribuite regi cœlitum
Et robur & potentiam,
Tribuite 8 magnitudinem
Tanto decoram numini,
Augusta templi ad atria
Ad ferte prompti munera
Adeste 9, pompam adducite,
Et supplices procumbite:
Orbisque rerum termini
Eum tremant, & diligant.
Narrate 10 cunctis gentibus
Regnare Dominum qui ligat
Orbem catena immobili, &
Æquis gubernat legibus.
Lætetur 11 æther, gestiat
Tellus fretum præ gaudio
Exsultet, & quicquid freti
Salsas lacunas incolit.
Campi 12 viresçant avii,
Se cultâ fruge vestiant,
Arrideantque floribus
Silvæ, & graventur fluctibus.
Natura 13 rerum gestiens,

Cunctos

Cunctos per artus sentiat
Dei sui præsentiam,
Et prompta justis pareat.
Jus namque veniat dicere,
A vi suos ut asserat,
Mundumque justis legibus
Et veritate temperet.

PSAL. XCVII. Deus regnavit, &c.

Describit hic Psalmus majestatem et omnipotentiam veri Dei, vanitatemque idolorum detestandam exagitat, eo maximè nomine, ut abolitâ idolatriâ soli Deo debiti honores et cultus præstentur. Ideoque sub finem omnes homines adipsum faciendum exhortatur, eosque in unum hunc verum Deum omnem fiduciam vitæ & salutis suæ vult collocare.

Carmen genus iii.

1 Pse regni sui Dominus regni moderatur habenis:
Lætare tellus a continens, & insulæ,
Quas vagus Oceanus refluis complectitur undis,
Quicunque cœli sub jacetis b cardini.
Hunc 2 circum umbriferæ nubis prætexit amictus,
Pallensque multâ fusca nox caligine.
Apparent famulæ juxta, firmantque tribunal
Severitasque dura, mitisque æquitas.
Antè 3 volant sævum rutilantes fulminis ignes,
Hostesque flammis obruunt sequacibus.
Fulguribusque 4 micat late flagrantibus æther:
Attonita tellus intremiscit, 5 montium
Saxa fluunt, rapido ceu cera liquescit, ab igne,
A sempiterni pavida vultu numinis.
Terra sui à vultu Domini tremefacta liquescit:
Et 6 æqitatem templa cœli prædicant.

Et quicunque habitant terras ubicunque remotas,
Novere numen & Dei præsentiam.
Illis 7 ora pudor turpis confundat, e inanes
Quicunque mentis stipites prodiis colunt:
Dumque sacris placant picti e ludibria trunci,
Se gloriantur impio in scelere pios.
Quicquid ubique Dei sub nomine credulus error
Honorat, unum adoret, unum diligat.
Læta 8 Sion tenebras errorum cernet abactas,
Judæa dulci delibuta gaudio,
Sacrilega adspicit vani sacraria ritus
Eversa, pœnas lucre meritas impios.
Nam 9 procul astriferi trans ignea mœnia mundi
Tu fræna rerum justus arbiter tenes,
Teque deos infra longè premis altior omnes
Tuique obumbras numinis fastigio.
Ergo 10 Deum quicunque pio complectere amore,
A scelere mentem con ine puram & manum,
Nam Domino cordi est pietas, vitamque bonorum
A vi tuetur impiæ tyrannidis:
Et 11 lætum offundit lumen cultoribus æqui,
Et pura sceleris corda recreat gaudio.
Vos 12 quibus est cordi reverentia juris & æqui,
Gaudete, Domini spe favoris ac opis
Securi: gratoque Deum super æthera cantu,
Sanctumque nomen ejus usque tollite.

PSAL. XCVIII. *Cantate Domino, &c.*

Compellat hic Psalmus non homines solum verum res quoque inanimatas, mare terram, montes, flumina; quæ omnia Dei bonitatem, veritatem & justitiam celebrare Deumque adventantem cum gaudio excipere jubet.

Carro-

Carm. genus x.

NOn usitato carmine
Rerum parentem pangite,
Virtute qui victoriam
Non usitatâ rettulit.
Suâ ipse solus dexterâ,
Externæ opus nil indigus,
Nos, liberando posteris
Miranda gessit sæculis.
Sensere 2 gentes impiæ
Bello Dei potentiam:
Pœnas luendo judicem
Sensere justum & vindicem.
Promissa 3 sylv æ optimæ
Fide Isaci nepotibus,
Partæ salutis testibus
Totius orbis incolis.
Hinc 4 ergo læti psallite
Totius orbis incolæ:
Hunc ferte in astra laudibus,
Lætis tubæ & langoribus.
Laudate 5 Dominum barbito,
Nervisque carmen jungite:
Lenisque 6 tibiæ modis
Adsit sonora buccina.
Testetur 7 æquor gaudium,
Et quicquid æquor occulit,
Orbisque terræ gestiat,
Et quicquid orbis educat.
Exsultet 8 unda fluminum,
Leni susurrans murmure:
Montesque læti plausibus
Deum veniæ gaudeant.

En 9 ipse Dominus advenit,
Cunctis ut orbis incolis
Det æqua justis præmia,
Et facta plectat impia.

PSAL. XCIX. Dominus regnavit, &c.

Prædicat hic Psalmus propria et peculiaria Dei beneficia, Abrahamo ejusque posteritati singulari quodam privilegio præstita, & ad eorum ipsiusque adeò Dei celebrationem Ecclesiam cohortatur.

Carm. genus iii.

1 Am regnum Dominus, spirituum pius
Qui dat jura choris, susceipit impios
Horror a terrificet pectora gentibus:
Tellurem quatiat tremor,
2 Nec tantum Solymæ vim Dominus sui
Fecit conspicuum numinis: & suæ
Majestatis opes cernere finibus
Terrarum dedit ultimis.
3 Ergo te meritis tollat honoribus,
Augustum celebret gens hominum tuum
Nomen, qui salubri temperie modum
Sceptris constituas tuis.
4 Selectæ soboli qui populi tui
Jus nullis dederis mobile sæculis:

Carm. genus 23.

Discantus.



Orbis 1 omnes incolæ A sole Eoo ad Hesperum

Prænas

Frænas justitiæ qui moderamine
Æquali genus Isaci.
Sublimem 5 Dominum laudibus & Deum,
Solus qui liquido regnat in æthere,
Ferte, & scamna pedum (sanctus enim Deus
Est noster) veneramini.
Huic 6 Moses & Aron & Samuel bonus
Docti legitimis tingere victimis
Aras consilium quum peterent, data
Sæpe oracla petentibus.
Dei 7 pilâ tereti nubis eis dabat
Responsa ambiguis solicito, metu,
Legum quod monitus pactaque fœdera
Servissent stabili fide.
Aurem 8 supplicibus tu facilem dabas,
O rerum genitor maxime & optime,
Indulgenique bonis, & scelerum simul
Vindex durus in impios.
Sublimem 9 Dominum tollite laudibus,
Solus qui liquido regnat in æthere: &
Montem quo colitur (sanctus enim Deus
Est noster) veneramini.

PSAL. C. *Jubilate Deo omnis terra, &c.*

Psalmus Cohortatur omnes pios, ut Deum conditorem & conservatorem (suum in cœtu veræ Ecclesiæ agnoscant ipsumque veritatem & misericordiam celebrent.

Tenor.



Orbis omnes incolæ A sol ortu ad Hesperum



Jubilate, & optimo rerum parenti plaudite

Altus



Orbis omnes incolæ A sole Eoo ad Hesperum

Jubilate & optimo Rerum parenti plaudite.

Mente lætâ, & ritibus
Servite nutu numini.
Gestientes gaudio
Adi e sanctæ limina.
Ille 3 noster est Deus,
Noster parens & conditor.
Non enim nos finximus
Ipse, sed illius sumus,
Qui levi de pulvere
Alit creatos & regit.
Ad 4 fores ergo illius
Adite læti gratias
Agite, festis laudibus
Benignitatem pangite,
Prædicate cæteris
Nomen beatum gentibus.
Nam 5 benignitas Dei,
Et in suos clementia,
Clausa nullo est termino
Et firma ita præstis fides
Posteritatem posteris
In sempiterna sæcula.

PSAL



Jubilate, & optimo Rerum parenti plaudite

Bassus



O bis omnes incolæ A sole Eoo ad Hesperum



Jubilate, & optimo Rerum parenti plaudite.

PSAL. CI. Misericordiam & judicium &c.

Hoc Psalmo David seipsum constituit exemplum & specimen boni regis, qui Dei auxilio fretus & ipse suo officio præclare fungi optat; suosque domesticos ad id ipsum faciendum severâ disciplinâ adigat. Inquit enim se nequaquam tolerare domi suæ, sed gravissimis pœnis persequi omnes adulatores, sycophantas mendaces, superbos, fraudulentes, impios: amare autem & complecti veraces, integros, justos, pios. Hunc igitur Psalmum omnes reges & principes perpetuo in conspectu habere, & ad eum consilia et actiones suas conformare debebant.

Carm. genus v.

TE o salus rerum cano qui precanti
Lenis rarum es facilisque flecti,
Improborum idem tetricus rebelles
Frangere fastus.
Huc a mea vires vigilans, labores
Huc ferent omnes, oculis in tuæ spem
Semper ut callis domus institutis

Culti,

Culta nitescat.
Si 13 salutarem mihi tu serenus
Porrigis dextram, tibi corde puro
Serviam, fraudum sceleriſque pura
Serviet aula.
Nec mihi exemplum statuam sequendum,
Litibus si quis miseros iniquis
Vexet, aut causam tenuis clientis
Prodidit hosti,
Sponte 4 qui pravis studiis inhæret,
Sit procul: sævi sceleris minister
Candidos nunquam mihi censeatur
Inter amicos.
Quisquis 5 incautum lacerat sodalem,
Clam venenato jaculatus ictu,
Persequar, plectam, penitusque ab ima
Stirpe revellam.
Nec meæ mensæ dapibus fruetur
Mentis elatæ tumor, arrogansque
Vultus, & cunctos veluti minores
Lumine spernens.
Veritas 6 simplex quibus est amori,
Hos amo, amplector, video libenter:
His mihi seros sociis senectus
Impleat annos.
Integer vitæ mihi sit minister;
Tecta 7 non intret mea fraudulentus
Nemo mecum intra mea commoretur
Limina mendax.
Impios 8 longe (mora nulla) terræ
Finibus pellam, procul omne monstrum
Civitas sancta ut Domini reteget
Flagitiorum.

PSAL-

PSAL CII. Domine exaudi orationem, &c.

Psalmus hic quintus est inter septem illos, qui pœnitentiales nominantur. In eo Propheta, cùm prævideret animos servientem populi sui, quam aqua Babylonios durissima erant subituri, quasi una illius particeps, Dei fidem implorat, suasque angustias lamentabili querimonia commemorans, earum causam esse, Dei peccatorum vindicis iram non diffitetur: petit tamen, ut Deus, memor promissionis suæ, populum in integrum restituat, eo maxime nomine ut ipse celebretur, finesque regni ejus quam latissime extendantur. Sub finem Ecclesiæ, vitæ brevitatem, miserias & imbecillitatem suam agnoscens, Deique æternitatem & omnipotentiam prædicans; in ea omnem spem suæ posterorumque salutis positam esse asserat.

Carm. genus XV.

EXaudi 2 genitor sancte meas preces,
Clamorisque sonum percipe lugubris:
Neu 3 vultum misero subtrahe, cladibus
Omni ex parte prementibus.
Aures suppliciis nunc adhibe meis:
Da votis facilem te pater optime,
Et presso celerem porrige dexteram,
Et præsenti ope subleva.
Ceu 4 fumi nebulæ tempora transvolant,
Ut lentis coquitur torris ab ignibus,
Paulatim tacitus sic dolor aridis
Humorem ebibit artibus.
Dum 5 luctu crucio me dapis immemor,
Ut secta è viridi gramina cespite
Arescunt nimio torrida sole, cor
Exsuccum mihi tabuit.

Creb. o

Crebrò 6 sic remeans spiritus ilia
Te dit, sic gemitus pectora concutit
Mœstus c ntinuò, tabida uti cutis
Jam vix hæreat ossibus.
Ut 7 saltus habitans a cuculus avios
Aut tectis latitans noctua dirutis
Aut 8 turtur viduus, solus, inops, d es
Et noctes vigiles gemo.
Dum 9 ceu ludibrium rideor improbis,
Ter umque petunt fraude nefariâ,
Nec 10 pan s cinere est grat or arido, &
Potum tempero fletibus.
Istis 11 ira malis me cumulat tua.
Qui me sustuleras ex humili loco,
Sublimi gravius rursus ut à gradu
Tractum præcipitem dares
Ut 12 sero in tenebras umbra crepusculo
Vanescit celeres b deproperant dies
In mortem, veluti sub medio die
Fœnum corpus inaruit.
At 13 te perpetuis sæcula sæculis
Nec tempus volucris non fuga temporis
Carpit, nec memorem nominis obruet
Famam posteritas tui.
Tandem 14 surge pater, tecta Sionia
Jam lenis placido resp ce lumine.
Jam plena redeunt tempora circulo,
Promissumque ferunt diem.
Jam 15 servi lapides respiciunt tui
Disjectos, scopulos, sparsaque rudera,
Incultique soli jam miserabilem
Versâ mente dolent vicem.
Ut 16 vereat populos terror in exteros,
Ut nomen Domini sit celebre omnibus,
Et numen s tr si lum quà collitur solum

Formi

Formidabile regibus:
Versam 17 restituet quum Solymam, suæ
Majestatis opes quum dabit adspici:
Lugentum 18 miseris quum querimoniis
Flectet se & precetur supplice,
Scribentur 19 tabulis ista fidelibus,
Seris ut Domini nota nepotibus
Sit laus, nec senium prodita posteris
Nôrit gloria sæculis.
De 20 sanctis adytis æthereæ domus,
Templi se positis de penetralibus,
Cœlestis Dominum non piguit soli
Curas respicere ad leves;
Nexorum 21 ut gemitus audiat & necî
Addictos tetricâ compede liberet,
Laudes 22 ut Solymæ templa Deo sonent,
Et nomen recinat Sion
In cætu celebri 23 Tum procul ultimis
Terrarum populi finibus exciti
Illuc sacra ferent, & Dòmino dabunt
Reges munera supplices.
Quamvis 24 in medio curriculo meum
Robur comminuit, destituit manum,
Atque ævi spatiis tempora lubrici
Contraxit brevioribus:
Clamabo 25 tamen, Omi Deus unice,
In vitæ medio ne studio, brevem
Cursum siste rotæ: quantulum ad ultimam
Jam metam super est mihi?
Te nunquam brevibus clausa recursibus
Astrorum senio conficiet dies:
Tu 26 terræ stabilis mole volueribus
Tu cœli prior ignibus.
Illis 27 interitus stant sua tempora:
Tu nullo interitum tempore senties,

Annorum

Annorum series cetera deterit,
Vt vestis teritur vetus,
Ut detrita novis pallia vestibus
Permutat locuples: sic abit & redit,
Et murat facies imperio tuo
Mundi dædala machina.
At 28 tu, qui fueras, semper es atque eris:
In te ipsoque habitas; nec varias vices
Decurso patiens tempore permanes
Meta sæcula nescia.
Sed 29 servi soboles et sobolis tui
Servi posteritas perseriem tuis
Tecum perpetuis æmula sæculis,
Ævi tempora transigent.

PSAL. CIII. *Benedic anima mea, &c.*

Hic incredibili sua vitate et elegantiâ celebrat Prophetа multiplicia Dei in genus humanum beneficia, tam præsentia quam æterna; alios que ad id ipsum faciendum cohortatur. In primis autem splendidissimis verbis & significantissimis similitudinibus amplificat infinitam Dei bonitatem & misericordiam, quas ipse æternus, genus humanum fragile et caducum complectatur. Proinde & angelos, & omnes res a Deo creatas, atque adeo animam suam exhortatur, ut pro tantis beneficiis immortales Deo gratias agant, eorumque nulla unquam tempore obliviscantur.

Carminis genus 5.

SIt 1 parens rerum mihi carmen, illum
Vox canat, sensus petat, & remotis
Quisquis est fibris vigor, & sacratum
Nomen honoret.
Mens 2 Deo laudes cane, redde grates
Mens Deo nullis benefacta sæclis
Excidant,

Excidant, & quæ tribuit benignâ
Munera dextrâ
Qui 3 scelus tollit maculosum, & ægros
Sanat angores, 4 animoque vires
Reddit & vitæ properante fato
Prorogat annos.
Qui 5 manu larga tibi plura donat,
Ore quam poscas, animo vel optes:
Servat ac in morem aquilæ virentem
Flore juventam.
Integer 6 judex, scelerumque vindex
Tradidit sancto sua jura Mosi:
Isaci 7 prolem docuit piarum
Dogmata legum.
Lenis 8 & blandus, dare dona largus,
Tardus irasci, 9 neque sempiternæ
Sævit offensæ memor, aut perennes
Ardet in iras.
Nec 10 modus pœnæ numerusve nostris
Æquus est culpis, 11 bonitas redundat
Latius, terræ plaga quàm remoto
Distat olympo.
Tam 12 procul nostri maculas removit
Criminis, quàm se procul à cubili
Gaditano solorions Eois
Exserit undis.
Qualis 13 in natos placidi parentis
Lenitas talis Domini benigni est,
Quisquis illius pietate vera
Nomen adorat.
Tu 14 sinus mentis petitus repostus,
Tu pater nostri penetrale cordis,
Quippe nos terræ memor è rubenti
Pulvere factos.
Herba 15 ceu, lactens pueri venustas,

Prodit

Prodit, occultoque adoleſcit ævo,
Donec ut fœnum cadat areſactum
Falce ſenectæ,
Inſtar 16 aut floris Tyrio comantis
Murice, ut vultu modicè ſereno
Riſit attlatu tepedi repente
Concidit Auſtri,
Sed 17 Dei æternâ bonitate in ævum
Tutus æternum, remanet p orum
Cœtus, & longa ſerie propago
Sera nepotum:
Si 18 nec æternas violabit icti
Fœderis leges, memorque juſſa
Mente ſervârit, reſeratque vitâ
Pulſer aſtâ
Ille 19 flammantis ſuper alta cœli
Culmina immotum ſolium locavit,
Et ſuo nutu facile univerſum
Temperat orbem.
Angeli 20 juſſis Domini miniſtri,
Sub jugum j is eſt quibus & poteſtas
Cuncta cogendi, Domino Deoque
Pangite laudes.
Quique 21 caſtrorum comites b meretis
Sub ducis tanti imperio, audientes
Sedulo dictis, Domino Deoque
Pangite laudes.
Quæque 22 der vaſtos ubicunque fines
Imperi pollens opifex creavit,
Plaudite, auctori Domino Deoque
Pangite laudes.
Mens Deo grates cana: redde grates
Mens Deo hunc ſenſus petat, & remotis
Quiſquis eſt fibris vigor, & beatum
Nomen honoret.

Pſalm.

PSAL. CIV. Benedic anima mea, &c.

Psalmus hic incomparabili verborum splendore & elegantiâ celebrat omnipotentiam, sapientiam & bonitatem Dei ex creatione, gubernatione & conservatione mundi, rerum que omnium in cœlo terra, & mari elucentem. In primis autem predicat ejusdem philanthropian, gratoque se animo hæc beneficia Dei semper in ore habiturum esse pollicetur.

Carmen genus 1.

TE 1 rerum Deus alme canam Dominumq; patremq;
Magne parens, sanctâ quàm majestate verendus,
Ætheris eternas rector moliris habenas!
Te 2 decor, auratis ambit te gloria pennis,
Et circum fusum vestit pro tegmine lumen.
Tu 3 tibi pro velo nitidi extentoria cæli
Et liquidæ curvo suspendis fornice lymphas,
Et levibus ventorum alis per inania vectus,
Frænas ceu celeres volitantia nubila currus.
Apparent 4 accinctæ auræ flammæque ministræ,
Ut jussa accipiant. 5 Stat nullo mobilis ævo
Terra super solidæ nitens fundamina molis,
Pollenti stabilita manu 6 terra obtua quondam
Fluctibus ut fuso super ardua culmina velo:
Sed 7 simul increpuit tua vox, tonitrusque tremendo
Insonuere auræ, 8 paulatim ascendere montes
Cernere erat, sensimque cavas subsidere valles,
Inque cavas valles trepidas decurrere lymphas,
Neve 9 iterum immissa tellus stagnaret ab unda,
Limi ibus compressa suis resonanti plangit
Littora, præscriptas metuens transcendere metas
Tum 10 liquidi fontes imis de collibus augent
Flumina per vividas undas volventia campos,

Unde

Unde 11 sitim sedent pecudes, quæ pinguia tondent
Pascua, quique feris conag r saxa invia silvis
Incol t, 12 hic levibus quæ d tranant aera pennis,
Per virides passim ramos ua tecta volucres,
Concelebrant, mulcentque vagis loca sola querelis.
Tu 13 pater aerios montes e mpolque jacentes
Nectare cælesti saturas, fœcundaque rerum
Semina vitales in luminis elicis oras;
Unde 14 pecus carpat viridis no a pabula fœni:
Unde olus humanos geniale, assurgat in usus
Quæque novent fessas cerealia munera vires:
Quæque 15 hilarent mentes jucundi pocula vini,
Quique hilaret vultus succus viridantis olivi.
Nec 16 minus arboribus succi f gen tabil s humor
Sufficitur, 27 cedro Libanum frondente coronas:
g Altibus nidos abies tibi confita surgit,
Nutrit ubi implumes peregrina ciconia fœtus
Tu 18 timidis montes damis, cava saxa dedisti,
Tutus ut abstrusis habitaret h echinus in antris:
Tu 19 lunæ incertos vultus per tempora certa
Circumagis: puroque accensum lumine solem
Ducis ad occiduas constanti tramite metas:
Inde 20 superfusis cu icta involventibus umbris,
Per tacitas spargis nocturna silentia terras.
Tum 21 fera prorepit latebris, silvisque relictis
Prædator vacuis errare leunculus arvis
Audet, & è cœlo mugitu pabula rauco
Te patrem exposcit: 22 de in rursus sole renato
Abditur occultis prædatrix turba cavernis:
Inque 23 vicem subeunt hominumque boumq; labore
Donec sera rubens accendat lumina vesper.
Sic 24 pater in cunctos i didis te commodus usus:
Nec tantum tellus, genitor, tua munera sentit,
Tam variis fœcunda bonis: 25 sed & æquora ponti
Fluctibus immensas circumplectentia terras,

Tam

Tam laxo ſpatioſa ſinu : tot mill a gentis
Squamiger & tremulâ per ſtagna liquen ia caudâ
Exſultant 26 tot monſtra ingentia & horrida viſu
Veliferas e rcumnant puppes : grandia ḳcere
Effingunt molle. l vitreo ſub marmore luſus.
Atque 27 adeo quæ terra arvis, quæ fluctibus æquor
Educ.t à te unopendent, pater optime, teque
Quæque ſuo proprium poſcuntin tempore victum;
Te 28 magnam pandente manum, ſaturantur abunde
Omnia 29 te rurſus vultum condente, fatiſcunt :
Te tollente animam, ſubito exanimata recurrunt
In cinerem : 30 inſpirante animam te denuo, ſurgit
Illico fœcundæ ſobolis generoſa propago,
Et deſolatas gens ineolit aurea terras.
Sic 31 eat, ô nullo regnet cum fine per ævum
Majeſtas d v na, ſuumque in ſæcula lætus
Servet opus Deus, ille Deus, quo territa tellus
Concutiente tremit, montes tangente vaporant
Fumiferâ trepidum nebulâ teſtante pavorem.
Hunc 33 ego, dum vivam, dum ſpiritus hos regat artus
Uſque colam 34 tantum ille meas faciliſque bonuſq;
Accipiat voces, nempe illo oblector in uno
At 35 vero impietas plane exſtirpetur ab ima
Radice, et ſcelerum ſtirps nulla repullulet, ac nos
Terrarum Deus alme patrem Dominum que canemus

PSAL. CV. Confitemini Domino, &c.

Hic quoque Psalmus mirifice prædicat gratuitam Dei bonitatem & miſericordiam, Abrahamo potiſſimum, ejuſque poſteritati peculiariter ad id electæ, ſine ulla intermiſſione, præſtitam, eo uſque, donec terram Chananeam toties promiſſam occuparet. Quod eo nomine factum eſſe aſſerit, ut populus magnitudine multiplicium, Dei beneficiorum motus viciſſim perpetuâ quadam vitæ innocentia Deum veneraretur, ipſiuſque legi ſummo ſtudio obtemperaret.

Carm

Carm. genus xxiv.

Recentiora exemplaria hic binos versus conjungun
gen. Carminum 27.

Discantus.



Canite Dominum, & invocate Nomen ejus: exter



Facta gentibus per orbem Prædicate illustria,

Altus.



Canite 1 Dominum & invocate Nomen ej s: exte

Facta gentibus per orbem Prædicate illustria,
Ille 2 sermo, carmen ille, &
Illius miracula,
Nomen 3 ejus, numen ej s,
Una nobis gloria.
Hunc amantum & hunc petentum
Palpitet cor gaudio.
Robur 4 ejus pignus ejus
Sacrosanctum roboris
Petite: vultum ejus beatum
Continenter quærite.
Subeat 5 animum, quanta nostris
Edidit majoribus
Signa, quæ portenta: legum

Tenor.



Bassus.



Scita quæ reliquerit,
Vos 6 Abrami, vos Jacobi
Posteri servi Dei
Separati, sorte lecta
Natio vos 2 loquor,
Ille 7 rerum rector unus,
Orbis unus arbiter,
Facta 8 nostris firma servat
Facta cum majoribus:
Verba meminit: mille sancta in
Sæcla nexit fœdera
Icta 9 primitus cum Abramo,
Deinde jurata Isaco:

Isaci

Isaci 10 sancita nato,
Lege non mutabili
Posterisque sempiterno
Roborata vinculo:
Quum 11 tibi a Chananæa (dixit)
Arva sorte dividam.
Turba 12 numero parva quamvis
Advena illic degeret,
Aucta nondum stirpe longis
Temporum de cursibus,
Regna 13 quanquam et nationes
Exsul errans verteret;
Hos 14 tamen Dei benigna
Fovet indulgentia:
Vimque duram prepotenti
Dextra ab illis arcuit:
Et minis reges potentes
Tetricis compescuit.
Ne 15 mihi (inquit) consecratos,
Ne mihi unctos tangite:
A meis moneo, prophetis
Abstinete injuriam.
Quum 16 famem voracem in orbem
Contumacem induceret,
Gentibusque alimenta late
Noxiis subduceret,
Prævium 17 misit ministrum
Nili ad arva fertilis.
b Filium pulcræ Rachelis
c Mango turpis vendidit:
Carceris 18 latuit tenebris,
Crura vinctus compede:
Somnii 19 donec soluti
Nota regi veritas
Crura 10 ferro liberavit,

Solvit

Solvit animum crimine,
Et 21 novâ sortis benignæ
Jam vicissitudine,
Regiorum servulorum
Servus antè ignobilis,
Fræna rerum tractat unus:
Nuper 22 è custodia
Missus, aulæ purpuratos
Nunc coercet vinculis:
Et senum juvenis severæ
Præsidet prudentiæ.
Isaci 23 tandem propago
Culta linquens patris,
Pinguis ad fluenta Nili
Castra fixit advena.
Ac 24 Deo fovente, lætâ
Stirpe sic refloruit,
Viribus brevi ut præiret
Inquilinus incolas.
Tum 25 Phari rector superbæ
Mente versâ Abramidas
Fraude molitus nefandâ
Stirpitus revellere:
Circulo 26 donec voluto
Destinati temporis,
Legifer cum fratre Moses
Missus est divinitus.
Ac 27 Pharon Pharique regem
Terruit miraculis,
Ergo 28 naturæ, imperantis
Non rebelles jussibus,
Vestiit polum tenebris,
Et solum caligine
Condidit, seu nocte cæcâ

Sole juſſo cedere:
Unda 29 decolor cruoris
Tabe rivos polluit.
Squa me[illegible]que ſtrage gentis
Inquinavit littora.
Terr[illegible] 30 f[illegible]lix ante frugum,
M[illegible]r[illegible] nunc prapoſt[illegible]ro,
Turpibus fœcunda ranis
Squalet: ipſe regia
Fœta ranis, ipſa regum
Fœta ſunt cubilia:
Fuſâ 31 deinde nube densâ
Muſca Memphin occulit,
Et pediculorum ubique
Fœda erant examina:
In tar 32 imb ium ruebat
Miſta flamma grandini,
Arbores 33 nudans comantes,
Fronde, flore, fructibus.
Quod 24 reliquit atra grando,
Mox locuſta perdidit:
35 Bruchus e abſtulit, locuſtas
Quod voraces fugerat.
Tot malis ſubinde ſævis
Icta Nili regia,
Quum ferox non mitigaret
Con umaces ſpiritus,
Dira populum mox in ipſum
Verſa pœnâ ſæviit.
Prima 36 pignorum repente
Per penates omnium
Occidere cuncta planctu,
Cuncta fletu perſonant.
Rege 37 tandem pertinace

(Iadibu

Cladibus perterrito,
Sancta Memphin gens reliquit
Jam tyranno libera,
Dives auro argenteisque
Barbarorum poculis
Nec tot inter millia ullum
Languor attenta erat.
Ergo 31 Nili jam pavore
Liberata regia,
Voce, vultu, plausibusque
Præferebat gaudium.
At 39 parens memor benignus
Gentis electæ sibi,
Per siticulosæ arenæ
Vastitatem impervium
Castra nubis texit umbrâ,
Lucem noctem luridam
Ignium late coruſco
Temperavit lumine.
Arva 40, vocitumquum rogarent,
Texit simber alitum:
Panis impluit per auras
More densæ grandinis:
Petra 41 jussa fudit undas:
Deque rupis viscere
Ante sicca solitudo
Flumen hausit. 42 Scilicet
Fœderis parens benignus
Immemor nunquam sui,
Quod sibi caro cum Abramo
Sempiternum fecerat.
Sic 43 parentum stirps piorum
Tuta dictu numinis,
Arva liquit fraudulenta

Pe. fidi g Pelusii:
Occupatis 44 cterarum
Nationum se. ibus,
Tradidit Deuslabores,
Impiorum eis carpere;
Sanctiones 45 ut tenerent
Sacro sancti fœderis,
Et piarum ad j ssa legum
Facta cuncta fingerent.
Laus, honor, decusque Regi
Sempiterno cælitum.

PSAL. CVI Confitemini Domino, &c.

Hoc Psalmo miracula & beneficia Dei multiplicia e
ant iqui historiæ sacræ monimentis repetuntur & enumera
tur: ita ut simul Iudæi, ingenua confessione & suam & pa
trum suorum petulantiam & contumaciam, beneficiorum
divinorum immemorem, agnoscant, et deplorent; & ad
tium Dei bonitatem & misericordiam in angustiis suis co
giant.

Carm. genus xiv.

LAudate 1 regem cælitum, regem bonum,
Suisque nullo non benignum tempore.
Quis 2 facta verbis æquet? eloquentiâ
Quis assequetur illius potentiam?
O 3 ter beatos æqui amantes, & tuæ
Præscripta legis qui tuentur a jugiter!
Memento 4 nostri facilis & favens, tuum
Prospicere populum quâ soles clementiâ;
Et me revise lenis ac salutifer,
Ut 5 separati tibi bonis populi fruar,

Carpamq

Carpamque lætus quo fruuntur gaudio;
Hæreditatique comes applaudam tuæ.
Te cita 6 proles cum cœlestis patribus
In te rebelles multa iniqua fecimus:
Non inanda dira perpetravimus.
Nam 7 nec tyranni Ægyptii ex ergastulo
Nostri parentes liberi per te, tua
Dicenta graviter ponderarunt nec tuæ
Meminere gratis mentibus clementiæ:
Sed propter undas æquoris rubri, duces
Adversus animis turba contumacibus
Obmurmuravit: 8 At parens malis bonus
Pœnas remittis, ut tuam clementiam
Agnoscat orbis, & tremat potentiam.
Nam 9 comminanti cessit unda fluctuum;
Suspensa moles hinc & inde per *b* sali
Tranquilli arenas aridam dedit viam,
Ceu solida campis figerent vestigia:
Donec 10 tyranno libera i & hostium
Crudelitate, tuta tuti littora
Tenuere 11 at hostes e vorticoso *d* gurgite
Absorpsit unda cladis ut nec nuncius
Superesset. 12 illic tum salutis compotes
Idemque verbis præbuere, & cantibus
Canere festis numinis potentiam
Metu 13 repulso; protinus lascivia
Animos rebelles perculit nec amplius
Memine te signa nec pericla pristina:
Repente 14 pravâ perciti libidine
Ardere, verbis & Deum procacibus
Ira impalerunt fræna justæ solvere:
At 15 flagitatos impie dedit cibos,
Illinque pœnis impios coercuit.
Nec 16 pœna mentes nec benignitas feras

Mollire potuit, quin procaciter ducem
Ducisque fratrem peteret æmulatio,
Et recta studia semper ambitio malis.
Sed 17 terra ut fossos terræ hiatu condidit
Sinu dehiscens, 18 flammisque gurgites
Torrens vora, o dave[illegible]

Nec 19 noxiorum [illegible] tot pœnis modum
Gens prava fecleri fecit. e Horebi in jugo
(Proh facinus) ante imaginem bovis Dei
Imagine fessi stravere 20 & fronde saturi
Simulacra tauri coluit numinis;
Parce 21 salutis nuper ingrata immemor
Miraculorum in urbibus Niloticis
Et 22 fluctu eodem sospites, se subrutos
Hostes uperbo vortice æstibus,
Ergo 23 scelestos ira justa perdere
Ibatur nisi n. Deo carum caput
Pro gente Moses obtulisset, & prece
Frænasset iras. 24 nec tamen turbæ furor
Illic, quievit expectatum tam diu
Liber ferâcis previt agri; nec fidem
Moisi docenti, policenti nec Deo
Habuit. 25 tumultu castra complens respuit
Imperia, 26 donec ille mun fi us parens,
Delere promptus inter in via montium
Toties rebelles, extulit dextram, 27 & genus
Per nationes impias disperdere
Jam destinârat: 28 ante sculpta numina
Iterum protervi procidêre, & mortuis
Dis thura lectasque immolarunt hostias,
Deum 29 sceleribus provocaverunt novis:
Iraque rursum exasperarunt vindicem.
Justâ incitatus 30 donec ira bPhineas
Ferro scelestam puniit licentiam;

Et

Et savientem dexteram compescuit
Dominus, 31 sibique peperit æternum decus,
Quod nulla fileant posterorum sæcula.
Nec 32 eorum mares supplicia tot spiritus
Coercuerunt, 1 Meribæ ad undas quin Dei
Rursus furorem accenderent; 33 nec publico
Mo es furore liberet iam incredulâ
Mente vertis iram animis
Ut 34 Post ti deinde pactis finibus,
Nec impiorum emen omne gentium
Disperdiderunt funditus, nec justibus
Recte monentis paruerunt num nis
Sed 35 profanis miscuere gentibus,
Didicere tus, serviere Judicris
Dus: 36 ac eorum manci pio cultibus,
Tequere paras à scelere nullo manus.
Quippe 37 immolarunt filios ac filias
Ad dæmonum aras, 38 & suæ propaginis
Tinxere sculptos sanguine innocuo deos
Terramque sanctam pollaerunt cædibus.
At 39 scelera proni abominandum suæ
Manus adorant opera, 40 patrium Deum
Justa ad iras provocarunt, 41 ut suam
Hereditatem abominatus impiis
In servitutem mane paret hostibus:
Horum 42 sævo pene contriti jugo,
Domuere sevam spiritus ferociam.
At 43 liberati sæpe Domino vindice,
Rursus rebelles spiritus in vindicem
Tumsere: rursus ob scelera pœnas sua
Dedere. 44 mitis nec Dei bonitas tamen
Rebus arctis innocentium à prece
Avertit aurem: 45 fœderis memor sui
Pœnas remisit lenis & placabili

Quin 46 & ſuperba corda gentis barbaræ,
Cui ſerviebant dirutâ jam patriâ,
Lenivit, animos omnium ut perſtringeret
Imago k ſortis flebilis vel hoſtibus.
Tu 47 nos tuere, Domino noſter & Deus,
Et è profanis gentibus recollige:
Ut te canamus, nomen ut ſanctum tuum
Celebremus unum, 48 populus omnis ut ſimul
Dicat, Deo, quem poſteri Abrami colunt,
Sit laus, honorque in ſæculorum ſæcula.
Amen, amen.

GEOR,

GEORGII BUCHANANI Paraphrasis in Quintum Librum Psalmorum

PSAL. CVII. Confitemini Domino, &c.

Psalmo CVI. hoc præcipuè agit Propheta, ut doceat omnes afflictiones & pœnas Dei voluntate irrogari & asseri, ad quod ipsum demonstrandum adducit exempla exulum, captivorum, ægrotorum, tempestatibus maris jactatorum, alterius calamitatibus oppressorum; quorum & inanguistiis suis preces, & in liberationibus actiones gratiarum commemorat; & generatim docet, omnia in hoc mundo divinâ providentiâ & nutu administrari, mutari, instaurari & conservari. Proinde hunc unum perpetuis laudibus esse celebrandum.

Carm. genus i.

CAntemus 1 Dominum; bonum facilemq; patentem
Cujus habet nullus largiri indulgentia metas.
Hunc 2 grato simul ore canam, quos dira tyrannis
Quum premeret, sævo incolumes exhoste recepit,
Et juga captivo excussit servilia collo;
Perque 3 feras gentes sparsos quà fargit ab undis
Et qua diversas abiens se condit in undas
Phœbus, ab arctoæ campis glacialibus urbe
Collegit, tepidoque domum revocavit ab Austro.

Per 4 sterilas saltus & inhospita saxa vagantes,
Qui nulla ad cultos ducunt vestigia terras,
Fractis 5 animos mœrore, inopes undæque cibique
Auxilium miseris imploravère querelis.
Audiit 6 orantes, & opis miseratus egenos,
Omnibus exolvit mœrentia pectora curis,
Monstravitque 7 viam cultas quæ ferret ad urbes.
Ergo 8 canant Dominumq; bonum facilemq, parentem,
Et late ignotis pandant facta inclyta terris: (tem,
Quippe 9 sitim victuque famem compescuit ægram,
Reddidit & membris vires animoque vigorem:
Quique 10 Dei monita ingratâ mente relictis,
Carceris 11 in tenebris & cæca nocte jacebant,
Quum 12 tremerent gelidæ exanimes formidine mortis,
Afflictique 13 malis humiles fractique jacerent, (tis
Auxilium miseris imploravère querelis:
Audiit orantes & opis miseratus egenos,
Omnibus exolvit mœrentia pectora curis,
Vincla 14 manu validâ rupit, mortisque timorem
Reppulit, & tetris pavidos eduxit ab umbris.
Ergo 15 canant Dominumq, bonum facilemq, parentem,
Et late ignotis pandant facta inclyta terris, (tem,
Liminaque 16 & portæ qui claustra refregit ahenæ,
2 Deliciis 10 animi vires quum stulta libido
Afflixit, corpusque gravi languore solutum
Stultitiæ pendit pœnas 18 & morte propinqua
Rejiciunt omnem fastidia marcida victum,
Auxilium 19 miseris qui imploravere querelis.
Adspicit orantes, & opis miseratus egenos,
Omnibus 20 exolvit mœrentia pectora curis:
Eieptisque suo lethi de limine verbo,
Restituit, lætumque novat per membra vigorem:
Ergo 21 canant Dominum, &c bonum facilemq, parentem,
Et late ignotis pandant facta inclyta terris: (tem,
Et pia meritis cumulent memores altaria donis,

Et

Et grata acceptam testentur voce salutem.
Qui 23 mare fluctisonum & sulcat, [urv sque decur sis
Amo et externas vaga per commercia gentes,
Non 24 ignota illi div na potentia, nec quæ
Monstrat in immenso miracula sæpe profundo.
Quum 25 jubet irrumpunt venti stridente procellâ
Et 26 mare nu æ spumis canentibus astra lacessit,
Et nunc tartarei sucsid t ad ma barathri:
Pallen 27 ora, metus trepid ntia pectora pulsat,
Et velut oppressis vino vestigia nutant,
Callida nec cani juvat ars aut cura magistri;
At 28 Dominum ut mœstis imploravere querelis.
Ex udit trepidos, & opis miseratur egenos.
29 Jam e venti ponunt, stratæque æqualiter undâ,
Arrident taciti tranquilla silentia ponti.
Jam 30 posita læti gaudent fo mi ine nautæ,
Cum laceræ opta um portum tetigere carinæ.
Ergo 31 cauant dominumque bonum facilemq; paren
Et late ignotis pandant facta inclyta terris. (tem
Hunc 32 populi cœtus laudent, sanctique senatus
Concilium super astra ferat, 33 qui flumina siccas,
Et riguos passim riv s / bullantibus agros,
Fontibus occlusis sitienti damnat arenâ:
Et 34 fœcunda sui facta ob scelerata coloni,
Arva jubet falsis subito sterilescere glebis:
At 35 contrà insterili campo malè pinguis arenæ
Stare lacus, pingueſque facit stagnare paludes,
Et fluviis siccos rivisque fugacibus agros
Irrigat, 38 atque inopi transmittit habere colono.
Quique novas sanctis moderetur leg bus urbes,
Et 37 scrobibus credat vites, & semina sulcis,
Unde legat dulces matur o in tempore fructus.
Quos patero omnipotens alit, 38 & proventibus auget
Alliduis pecorum fœtus. 39 Ubi nescia rursus
Com noda fortuna modice mens ferre secunde.

Fre-

Fræna dedit vitiis, retrahit sua munera justus
Arbiter, 40 indomitos animos & corda superba
Cladibus affligit: savis puniret tyrannis
Tradit, & ignavo petulans sub principe vulgus
Contemtum, populis prædam jubet esse propinquis,
Perque inopes vitæ terras traducit, ubi antè
Nulla hominum tritum monstrant vestigia callem.
Avertit 41 mala pauperibusque animosque modestos
Atque hilares multâ fœcundat prole penates
Hæc 42 spectant gaudentq boni male conscia mussat
Turba metu. 43 est, animi quibus est solertia curâ
Assiduâ volvunt, memoriq; hæc mente recondunt
Luceat ut cunctis Domini clementia terris

PSAL. CVIII. *Paratum cor meum, &c.*

Psalmus CVIII. primo extollit veritatem et misericordiam Dei eundemq; rogat ut in præsentibus quoque pe iculis præsto sit quod quidem Deus se facturum benigne pollicetur, illi igitur prophetæ gratias agat, ommemque sua gubernationis felicitatem, & victoriarum splendorem, a solo Deo profisci asseverat.

Primi duodecim versus conveniunt Psalmum VII sicuti viginti postremi supra quoque in fine Psalmi LX positis, ostenduntur.

Carmen ii.

MEns invicta malis, animi vigor integer, orbis
Te voce rector, te celebrabit lyra:
Eja age, depositis mens expergiscere curis,
Et tu canora barbitos cum nabliis,
Oxyus aurorâ quam lucifer excitet ignes,
Aurora cantus quam volucrum excusitet,
Te patria canam, populus tua facta per omnes
Qui cun-

Quicunque tellus panditur, vates feram,
Nam 4 tua siderei bonitas fastigia cœli,
Fidesque tractus nubium supervolat.
O 5 Deus augustum nitido caput exere cœlo,
Ostende terris gloriæ jubar tuæ:
Eripiasque 7 tuos gelidi formidine lethi
Præsens & opifer invocantis audias.
Audiit 8 ex ad toque Deus flammantis Olympi
Vocem rependit gaudii prænuntiam.
En tibi frugiferos Sichimæ dispertiar agros,
Vallem Suchoti metiar & decempedæ.
Nónne 9 mihi parent Jacobi pignora quisqu's
Vel *b* pecore tondet arva, vel e vomere secat?
Oppida *a* 10 sub pedibus Syriæ calcabo superbæ,
Moabum, Idumen & Palæstinas domos
Quis 11 mihi pandet iter munitas ductor ad arces
Muros Idumes divinus quis diruet?
Quis, 22 nisi tu nostræ gentis Deus unice tutor?
Qui nos premendos hostibus reliqueras,
Offensus vitiis pravis: nec in arma tuentes
Nostros præibas dux, ut ante, exercitus.
Nunc 13 pater auxilium rebus bonus affer in arctis
Humana fallax ere iulus spes decipit,
Te 14 duce, victrici decorati tempora lauro,
Pedibus preme nos hostis arrogantia n.

PSAL CIX. Deus laudem meam ne tacueris, &c

Hoc Psalmo David, sustinens personam Christi pro nostris peccatis afflicti, & a Iuda proditi, gravissime conqueritur de simulatorum amicorum ingratitudine, perfidia, calumniis & injuriis, divisque multiplicibus quæ dam eorum devotionis & Dei patrocinio & præsidio salutem suam commendat, atque ideo quique voti hujus sui compos fieri expetit, ut innixi intelligant, Deo innocentiam curæ fuisse.

Carm.

Carmen genus II.

NE 2 sileas, re dissimula mea gloria, ne e
Sine veritatem supprimi mendacio.
Me sceler ti oris fraus, & crudele venenum,
Proterva fictis lingua me prem t dolis.
In 3 me odia occultis acuunt sermonibus iras,
Et immerenti fabricant molestiam.
Qui 4 mihi debebant fidum solamen amici,
Probra, ingerebant clanculum & convicia:
Ast ego, secre tibi qui penetralia mentis
Cernis, dolente corde fundebam preces,
Omnibus 5 officiis culti mihi damna rependunt,
Remunerantur odio amorem simplicem,
Tu 6 pater hunc sævo vexandum trade tyranno,
Vastator illi ad dexteram adstet Angelus.
Judicis 7 adstiterit quum sordidus ante tribunal,
Damnatus 4 asperis exeat sententiis.
Quum volet iratos animos inflectere fando,
Oratione jud ces exasperet.
Ante 8 diem fato pereat prereptus acerbo,
Locumque vacuum dominus occupet novus.
Orba 9 fleat soboles, viduâ gemat uxor in aulâ,
Ejecta 10 proles patrio exulet solo:
Instabilis, mendica, vagis erroribus orbem
Lustret, quietum reperiat nusquam locum,
Conturbetque 11 domum miseram, inscribatq; penates
Scrutatus omnes fœnerator arculos.
Ignotusque hæres longo congesta labore
Rapiat. 12 opemque nemo poscent ferat:
Nullaque 13 progeniem miseratio sublevet orbam,
Moti falce totam demetat semel domum:
Proxima gentem omnem cum nomine deleat ætas:
Apudque 14 Dominum patris erratum ut recens,

Ante

Ante 15 oculos interque manus versetur & erret;
Nec vitia matris tollat ulla oblivio.
Usque 16 erat oblitus miserandi, oblivio gentem
Ejus perenni supprimat silentio
Qui dejectum, inopem, & curis mordacibus ægrum
Pertrahere mortis nixus est in retia.
Semper 17 ei veluti fuerat maledictio cordi,
Maledicta in illum & execratio cadent.
Ac 18 veluti studio fugit benedicere pravo,
Sic nullus illi cupiat aut dicat bene,
Et velut obtegetur talari corpus amictu,
Totus miseris ille sordeat obsitus.
Sicut cuncta illi passim se viscera fundant,
Ut oleum in ossa penetrat, unda in viscera.
Hoc 19 ergo incedat semper vestitus amictu:
Hæc zona lumbos cingat illi & illia.
Ante 20 Deum tales pendat detractatio pœnas,
Et cladem salutem quisquis oppugnat meam,
Alme 21 pater, pater alme tuâ me protege dextrâ,
Et invidorum libera calumniis
Ut numen latus omne tuum telluris honoret,
Et suavitatem sentiat clementiæ.
Eripe me invidia: 22 sum pauper egenus & *b* exspes:
Animumque curæ turbidum urunt anxiæ.
Non 23 aliter pereo speeies quàm futilis umbræ,
Pallent tenebris sera quàm crepuscula:
Aut ubi decussis solerti indagine ramis,
* Locusta e tectis pulsa frondeis cadit.
Genua 24 labant infirma, artus jejunia solvunt;
Exangue siccis corpus aret ossibus
Me 25 tu nidi probris hostes petiere superbis;
Me conspicati capita quassarunt sua.
Adfer 26 opem, servumque tuum, pater optime, serva.
Pro lenitate semper assueta tibi.
Agnoscant 27 tuam, rerum pater optime, dextram,

Tuaque

Tuaque salvum meſc ant clementiâ.
Dum 28 maledicta vomer t hoſtes, dum probra loquen-
Bonusque placidusq; benedicis tu mihi : (tur
Dum confusa illis turpis pudor ora notabit,
Lætitia servi pectus hilarabit tui.
Hos 29 pudor, ut talos à vert ce vestis ad imos
Effusa latè corpus omnè contegit ;
Hos pudor, & mœrens turbato infamia vultu,
Qui me maligno dente rodunt, obruat.
Aſt 30 ego tum Domino grates memor ore ſonabo.
Cœtuque laudes in c l.bri concinam ;
Qui 13 ſtetit auxilio dexter cum paupere, vitamque
Eripuit ejus hoſtium ludibrio.

PSAL. CX. Dixit Dominus Domino, &c.

Tſalmus CX. vaticinium habet illuſtre, de regno, ſacerdotio, morte & reſurrectione Chriſti, cujus quidem regnum in Sione exortum, in omnem terram fines ſuos ſit propagaturum, duraturumque donec hoſtes ejus univerſi ſint ſubacti & pedibus hujus ſui regis ſubjecti.

Carmen genus iii.

SIc 1 alloquutus Dominus eſt Dominum meum,
Aſſide dexteram ad meam,
Dum proterendos, ceu ſcabellum, ſub pedes
Hoſtes tibi pro volvero.
Ad 2 orbis oras ultimas faſces tuos
Alta ab Sione proferam :
Ut juris aqui vinculis coerceas
Faſtus rebelles, hoſtium.
Te 3 pompa lætis quum reducet plauſibus
Ad templa voti compotem,
Sancto decorus apparatu exercitus

Latum

Lætum celebrabit diem.
Non toris imber ante lucem a argenteis
Tot vestit arva gemmulis,
Quam multa cunctis gentium de finibus
Ad te propago confluet.
Juravit 4 & se adstrinxit immutabili
Dominus sacramento tibi,
Te te futurum c Melchesideci sibi
Ritu sacrorum d antistitem,
Sol inquieto lucis orbem dum diem,
Dum luna noctem illuminet,
Ad 5 dexteram illi semper assistet tuam,
Ferro tyrannis vindice
Compescit 6 iram commodans suam tibi,
Gentes rebelles comprimet,
Ducesque regnis imperantes ditibus
Sternet solo: 7 torrentibus
E fortuitis dum fugam premes, siti in
Victor levabit igneam.
Ergo subactis hostibus, cœlo caput
Tollet decorum gloriâ.

PSAL. CXI. *Confitebor tibi Domine.*

Celebrat hic Psalmus Dei majestatem, justitiam, æquitatem misericordiam, veritatem & constantiam, simulque docet, qua in re vera hominis sapientia & beatitudo consistat, nimirum in summi illius Dei timore, cultu & observantiâ.

Carmen genus iv.

SIve 1 inter fidos tractem secreta sodales,
Seu sancti stipante catervâ
Me populi loquar, alme parens, te pectore toto
Usque canam, tua munera grato

Ore

Ore feram,2 magna æternæ miracula dextræ!
Magna quidem, sed & inclyta certè.
Et manifesta bonis,studio scrutante fideli.
Quicquid 3 enim gerit omnia splendor,
Omnia divinâ majestas luce refulgens
Illustrat,dum sidera terras
Ignea lustrabunt, hunc justum semper & æquum
Sera agnoscent sæcla nepotum.
Nec 4 quæ primævi quondam stupuere parentes
Attoniti,mirandaque nati
Invida delebunt oblivia, parcere largus
Nempe parens, facilisque querelis
Flectere cor miseris,5 spoliis exhoste superbo
Direptis decoravit amictus.
Ne cum gente sua perculsi fœderis illum
Immemorem ulla redarguet æras.
Ostenditque 6 suas perfacta illustria vires,
Quum populatus regna superba
Dimensusque novis hostilia rura colonis,
Dilecta dedit oppida genti.
Quicquid 7 agit loquiturque, fides immobilis astat:
Æqui & regula dirigit omnes.
Quæ jubet, æqua jubet nulloque 8 interlita fuco,
Aut tacitam celantia fraudem,
Quæque 8 nec æterno volvent a sæcula lapsu
Interimant,aut tempore carpant:
Quippe adstans fidei firmæ constantia & æquum
Perpetuo rata jussa tuentur:
Quum properaret Pharii imperium crudele tyranni
Selecta de gente nepotes,
Excussitque jugum & regis fera jussa superbi
Exuit: æternaque beatis
Libertate frui donarat: pignora sera
Se jurata parentibus olim
Intemerata pia servassent fœdera legis

Fœdera.

Fœdera nullis irrita sæclis.
Quippe Dei sanctum est & formidabile nomen,
Ac sanctè sua pacta tuetur;
Exigit & duras volato fœdere penas.
Hunc 20 colere ex animoque vereri
Vivendi rectè fons & sapientia prima est,
Hæc junctos qui dirigit actus
Ad metam, verè sapit, hunc ventura nepotum
Semper dicent sæcla beatum.

PSAL. CXII. Beatus vir qui timet &c.

Docet Psalmus CXII. quibus in rebus consistat vera hominis beatitudo & felicitas in hac vitâ miserâ & erumnosâ, nimirum in eo, ut verâ Pietate Deum timeat & colat, & ad ipsius legem omnia consulta & actiones suas conformet, quâque bene sentiendi & misericordiâ ipsum Deum studeat imitari. Impios autem qui hæc faciunt, eorumque præsertim, reliqua etiam, quæ in hoc mundo habentur bona, licet impii invideant & stomachantur, ostendit non esse desatura.

Carm. genus iii.

BEatus ille, qui Deum rerum patrem
Pietate non fictâ colit.
Deique gaudet legibus: mores suos
Formare ad illas nititur.
Late2 per urbes dives potentiam
Ejus propago proferet.
Prolem prorum numinis benignitas
Largâ beabit dexterâ,
Res3 affluenter suppetet semper domi
Illis; nec ætas longior
Obliterabit æquitis gloriam
Fructumque 4 Quum premet malos

Fortuna

Fortuna, sævo gestiens ludibrio
Mutare summis infima,
Benignitatis tum suæ justis Deus
Lucem in tenebris offeret:
Clemens bonusque in omnibus periculis
Stirpem piorum muniet.
Misertus 5 inopis vir bonus, largâ manu
Succurret indigentiæ:
Sic cuncta justo temperans examine,
Nec verba temerè ut excidant.
Non 6 turbo sortis cuncta quatientis loco
Movebit illum, nec dies
Suprema famam condet ejus invido
Oblivii silentio.
Non 7 livor illum falsa gaudens spargere
Terrebit aut calumnia;
Bel ive rumor, aut egestas lurida,
Fragorque lethi proximi:
Sed mente firmâ provocat discrimina,
Deoque solo nititur.
Ceu 8 cana rupes murmurantis æquoris
Spernit minaces impetus;
Sic ille certa interitus fiducia

Carm. genus II.

D *scantus.*



Altus.



Sortis procellas sustinet;
Ac sustinebit, dum ruinas hostium
Salvus suorum adspexerit,
Opes velucris instar auræ mobiles
Largitus est egentibus:
Sibi æquitatis gloriam superstitem
Servavit, orbe gloriam
Vivaciorem, nec senectæ dentibus
Æruginosa obnoxiam.
Dum Io laude clarus, neque lautum splendida
Spectabit impius pium:
Curæque mentem vellicabunt anxiæ
Succumque carpent corporis:
Dentem fatigans dente ringetur lue
Se macerabit tabidâ.
Dominus malorum vota ridet irrita,
Spes ut modestas promovet.

PSAL. CXIII. Laudate pueri Dominum, &c.

Invitat hic Psalmus pios ad celebrationem omnipotentiæ, majestatis, & providentiæ Dei quibus omnia conservantur. & gubernantur, & inprimis humiles, subleuantur, & steriles contemptique extollantur.

Tenor.



Bassus.



Nomen



Nomen festo tollite cantu :



Nomen Domini sic celebretur,



Ut sæclorum in sæcula longi



Nomen festo tollite cantu :



Nomen Domini sic celebretur,



Ut sæclorum in sæcula longi

Nulla oblivia sentiat ævi.
Primo à carcere Solis Eoi
Ad purpureos usque occasus,
Omnes Domini nomen adorent,
Qui super gentes arduus omnes
Celsas ætheris incolit arces
Cujus longè gloria mundi
Trans flammantia mœnia vecta est,
O sanctæ pietatis nescia veræ
Pectora ! ritu sacra nefando
O qui fingitis, anne deorum
Quenquam Domino similem nostro



Nomen festo tollite cantu:



Nomen Domini sic celebretur,



Ut sæclorum in sæcula longi,



Nomen festo tolli e cantu:



Nomen Domini sic celebretur,



Ut sæclorum in sæcula longi

Nostris ? 6 quem super ardua cœli
Culmina positum nil latet imæ
Sub cava clausum viscera terræ,
Nihil humano procul adspectu
Trans multiplices ætheris orbes,
Inopem 7 terrâ qui prostratum
Suscitat, & de pulvere egenum
Tollit, 8 ut alto positus solio
Populi primos carpat honores.
Qui 9 maternos sterili fructes
Exoratus donat, & orbos
Læta renovat prole penates,

PSAL. CXIV. In exitu Israel de Ægypto.

Psalmus CXIV. insigni dialogismo celebrat præcipua Dei miracula, edita, cum Israelitæ ex Ægypto in terram promissam educerentur. Ponit autem divisionem maris rubri & Jordanis: tremores montium & collium in promulgatione decalogi, percussam petram, è qua vivi aquarum ubertime effluxerunt; quæ omnia Dei potentiæ & majestati submisse ascribit.

Carmen genus xxi.

QUum 1 domus Isacidum patrias remearet ad oras
Barbaraque invisæ linqueret arva Phari:
Ipse 2 Deus Judam cælesti numine tutum
Fecit: erat populi signifer ipse sui.
Vidit 3 & attonitus trepidum mare diffidit undas,
Jordanis refugas in caput egit aquas.
Dura 4 per inconsos salierunt culmina monte,
Ut saturas gestit dux gregis inter oves:
Celsaque frondentes movere cacumina colles,
Agnus ut in patris luxuriare soler.
Quid 5 mare vidisti, solito cur cesseris alveo?
Cur fugis infontes fluminis unda tuos?
Cur 6 ita concusso saliistis vertice montes,
Ut satur exsultat dux gregis inter oves?
Cur ita frondenti saliistis vertice colles,
Agnus ut in pratis luxuriare solet?
Nempe 7 Dei trepidum præsentia terruit orbem,
Cui cadit in Solymos victima multa focos,
Qui 8 lapidum venas laticum laxavit in usum,
Cui fluxit largo flumine dura silex.

PSAL.

PSAL. CXV. Non nobis Domine &c.

Psalmus hic primo docet, omnes victorias, & liberationes non ad hominum, sed Dei gloriam referendas esse: & quidem veri & omnipotentis Dei, quiquantopere ab idolis & commentitiis numinibus differat, accurate ostendit, & idololatris, ut simules fiant mentis illis simulacris, imprecatur: Israelitas autem universos admonet, ut omnem spem salutis in hunc unum Deum collocent: de cujus beneficentiâ & misericordiâ illis gratulatur: et se una cum ipsis gratum Deo fore profitetur.

Carm. genus iii.

TE x magne rector orbis, haud victoriam
Ex hoste sævo poscimus,
Nos ut per omnes fama gentes d fferat,
Nec apparatu ut splendido
Per ora vulgi nos triumphus aureo
Curru superbos transferat:
Sed impiarum ut sæcla gentium scia nt
Te largum opis cultoribus
Tuis fideque semper immutabili
Promissa promptum solvere.
Ne 2 forte rebus insolentes prosperis,
Vbi nunc Deus vester? rogent,
Deus 3 astra nostter incolens, mortalium
Nutu suo res temperat.
At 4 impiarum mnxit error gentium
Manu deos inutiles.
Aurum caminis excoquens, aut malleis
Massa è sequaci bracteas
Ducens, figurâ multiformi ludicra
Affixit aris numina,

Inane 5 vocis os habent : oculos habent,
Orbes inanis luminis.
Naribus 6 odores nec trahunt, nec auribus
Surdis sonores hauriunt :
Palpare 7 manibus non queunt, torpentibus,
Nec ingredi vestigiis :
Nec vox anhelis edita è pulmonibus,
Cavo recurrit gutture.
Quicunque 8 tales fingit aut colit deos,
Diis ipse similis fit suis.
At 9 tu Jacobi gens, loca fiduciam
Omnem salutis in Deo :
Qui te potenti sublevabit dexterâ,
Et in periclis proteget.
Et 10 vos Aronis posteri, spem ponite
Omnem salutis in Deo,
Qui vos potenti sublevabit dexterâ,
Et in periclis proteget :
Quicunque 11 cultores, Dei fiduciam
Loca salutis in Deo,
Qui te potenti sublevabit dexterâ,
Et in periclis proteget :
Qui 12 nos favore semper amplexus memor
Fovit fovetque seculo :
Cunctos Jacobi qui fovebit posteros,

Carm. genus xxvi.

Discantus.



Toto pectore diligam

Aronis

Aronis & sacrum genus:
Qui 13 sa colentes sive juvenes, seu senes,
Fovebit & custodiet:
Qui 14 nosque donis semper augebit novis,
Et liberorum liberos.
Nam 15 nos profanis segregavit gentibus
Cœli solique conditor:
Cœlum 16 sibi ipsi regiam fecit, solum
Sedem dedit mortalibus:
Remunerantes muneribus illum ut suis
Rerum parentem agnoscerent.
Neque 17 ora laudes in tuas solvent, pater,
Quos mors teget silentio.
Nos 18 te parentem agnoscimus, qui spiritu
Vitalis auræ vescimur.
Te prosequemur laudibus, dum lucido
Sol axe terras ambiet.

PSAL. CXVI. Dilexi quoniam, &c.

Hoc Psalmo Propheta regius extrema sua pericula & angustias commemorando amplificat: & ut Dei Servatoris bonitatem, & omnipotentiam sit consfectior, seipsum quoque ad laudandum cohortatur, & in compensationem beneficiorum divinorum perpetuo se illa prædicaturum & sacrificia laudis vivit obtaturum.

Tenor.



Toto pectore dil gam

Aronis

Unicè



Altus.





Aurem 2 qui mihi supplici
Non duram dedit, hunc ego,
Donec pectora spiritus
Pulset, semper amabo,
Jam 3 mors ante oculos erat,



Basus.





Jam flatam super aggerem
Undi, jam dolor anxius
Omni ex parte premebat :
Expes, tum preces supplices
Oravi Dominum, Patrem,

Quæ

Quæso, inquam, miserabili
Saltem consule vitæ.
O 5 justum Dominum & bonum,
Et pronum veniæ! 6 auxili
Is me & consilii indigum
Sævo exit ab hoste.
Ergo 7 mens tibi reddita
Mœrorem cohibet: & Deus
Quæ larga tribuit manu,
Donis læta fruare, ait
Vitam 8 è faucibus eruit
Mortis & lacrymas genis
Abstersit, stabili & pede
Firmavit tibi gressum.
Tutus 9 præsidio Dei
Degam & pollicitis fide
Fretus non dubiâ, canam
Grato pectore laudes.
Lassus, 10 rebus & asperis
Afflictus, trepidâ fugâ
Vitæ prospiciens meæ,
Sic mecum ipse loquebar:
Nulli 11 certa homini fides:
At rerum arbiter optimus
Unus a polliciti tenax,
Unus fallere nescit.
Tot 12 liber toties malis,
Tot auctus toties bonis,
Quo tandem officio tibi
Coner solvere grates?
Te 13 festâ dape te precer,
Te libamine prosequar,
Te vitæ columen meæ
Grati voce fatebor?
Te 14 vitæ columen meæ

In cœtu populi tui
Gratâ prosequar hostiâ,
b Damnatus tib voti.
Electos 15 genitor tuo
Custos præsidio regis,
Nec pervum pereuntium
Manes linquis inultos.
Tu 16 servum Dominus tuum,
Ancillæ sobolem tuæ
Me, minac b s hostium
Vinclis exuisti.
Te 17, rerum pater optime,
Semper laudibus efferam:
Nomen in dubiis tuum
Usurpabo periculi.
Te 18 voti reus, erutus
Morti prosequar hostiæ,
Sacri 19 limen ad atrii,
Sacræ redditus urbi.

PSAL. CXVII. Laudate Dominum, &c.

Omnes toto terrarum orbe homines exhortatur hic Psalmus ad celebrationem sempiternæ benitatis & veritatis Dei.

Carm. genus x.

OMnes 1 ubique gentium
Quos solis ambit orbita,
Rerum parentis optimi
Laudes libenter pangite.
Agnoscite 2 indulgentiam
Benigniùs nos in dies
Foven is, & constantiam
Promissa certam reddet.

PSAL. CXVIII. *Confitemine Domino, &c.*

Hic Psalmus, quum Haleluja eorum dixerunt in optimis & splendidissimis merito suum quoque locum habet, Est enim David ab omnibus hostibus & ribus adversis liberatus, & ad fastigium regni Israelitici evectus, in cœtu solenni publicas Deo gratias agit, magnoque animi ardore, Dei bonitatem, toties jam sibi perspectam, laudat, sustinens interim non obscure imaginem Jesu Christi, initio quidem abjecti & mortui, sed paulo post ad regni æterni gubernacula resuscitati, quod ipsum hic David celebrat, propheta gratium Deo agit.

Carm. genus ii.

Eia 1 Deum laudate, Deum facilemque bonumque
Largâ benignum semper indulgentiâ.
Eia 2 Dei, soboles Iacobi, dicite laudes,
Largâ benigni semper indulgentiâ.
Eia 3 Deum canat Aronis numerosa propago,
Largâ benignum semper indulgentiâ.
Eia 4 Dei purâ cultor pietate fatere
Largâ benignum semper indulgentiâ.
Audiit 5 orantem Dominus me rebus in arctis;
Ac liberavit illico exanguſtiis.
Ille 6 mihi assistat solus: non arma nec ulla
Humana mi vis adferet formidinem.
Ille 7 mihi auxilio sit solus: lumina damnis
Explebo (nec me decipit spes) hostium.
Tutius 8 à rerum Domino est sperare salutem,
Confidere armis quàm virorum fortium:
Tutius 9 à rerum Domino est sperare salutem,
Confidere opibus quàm potentum principum.
In me conjurent populi omni ex parte propinqui;
Dei favente conteram cunctos ope:

Circumdent

Circumdent 11 omnique premant ex parte licebit,
Dei faventis conteram cunctos ope:
Circumdent 12 omnique premant ex parte licebit
Quàm nube densa vere se fundunt apes:
Non secus ac siccas ignis violentia spinas,
De faventis conteram cunctos ope.
Improbe 13 quid frustra labefactam evertere tentas?
Dei potentis sustinet me dextera.
Ille 14 meæ vires: illum mea carmina pangent
Unum: salutis unus auctor est meæ.
Cunctaque 15 Justorum pariter tentoria plaudent,
Meæ salutis pariter auctore Deum
Laudabunt: cantuque ferent ad sidera dextram
Belli potentem, divitem victoriæ:
Dextram 16 armis, dextraã præstantem robore dextrã
Belli potentem, divitem victoriæ,
Sæva 17 quid insultas mihi mors? tua tela reconde:
Frustra minaci territas me spiculo.
Vivo equidem, vivusque feram super æthera cantu
Rarum benigni numinis clementiam.
Jure 18 parens bonus ærumnâ me afflixit acerbâ:
At imminentem reppulit mortem tamen.
Pande te 19 pontifices sacri mihi limina templi,
Salute partâ ut laude pro æquar Deum.
Hæc 20 est illa Deo gratissima janua, justis
Votis aperta dehinc futura janua.
Te 21 meritò, pater alme, canam, tu rebus in arctis
Aurem applicasti supplici placabilem:
Si spes, & infesto ducente um tu us abhoste,
Et 22 molientum tecta quem rejecere
Artificum improbitas lapidem, fastigia summi
Latè refulgens jam coronat anguli.
Scilicet 23 arcano factum est hoc numine nostra
Attonita factum quod stupescunt lumina.
O 24 lux festa, ô lux jucunda ad gaudia nata,

Cælestis in nos lux favoris conscia !
Usq e 25 f..ve, custosque tui, pater optime regis
S s, & secundo cœpta duc ad exitus.
O 26 felix iterum ô felix, quem rector olympi
Populo salutis misit auctorem suo
Nos quibus est sacri custodia cred ta templi,
Vob s precamu cuncta vertant prospere.
Unus 27 enim Dominus rerum moderatur habenas,
Qui gratiæ in nos lumen effundit suæ.
Lætitiâ celebrate diem, fœtusque bidentis
Tenellus aræ vinctus adstet cornibus.
Te 28 Dominum, te mente colam, te voce fatebor:
Tuumque semper laude nomen prosequar.
Eia 29 Deum laudate, Deum facilemque bonumque
Largâ benignum semper indulgentiâ.

PSAL. CXIX. Beati immaculati in via, &c.

Psalmus hic ut inter omnes prolixissimus, ita mire quoque artificio & ardore compositus est. In eo enim David

Cum, genuxxvii.

Discantus.



O 1 beatos qui sequuntur orbitam legis De ?

O 2 beato, qui monenti sponte parent Numini:

Altus.



O b.:tos, qui sequantur orbitam legis Dei ?

octonariis viginti duobus, literis Hebræorum totidem à fronte dispositis, ita seipsum in celebratione & Laudibus doctrinæ cælestis, sunque in eam desiderio & affectione commorando delectat & effundit, ut rullum eam in parte modum terere putasse videatur. Primo autem docet, qua in re consistat hominis integritas & perfectio, & quantopere ejusdem ipse cupidus sit, ardentissimâ & creberrimâ repetitâ auxilii divini imploratione ostendit, exuscitans interim alios quoque ad verbi divini amorem, nulla satietate aut fastidio languescentem; eosdemque monens, ut à dogmatibus impiis & perversis sibi caveant. Præterea jam crucis & calamitatum utilitates recitat: jam preces effundit, jam lamentatur, jam gratias Deo agit: jam seipsum alios consolatur: jam fidem suam cum quadam animi magnitudine profitetur: jam meroris gratique animi pollicitationes intexit. In quibus omnibus cum pietatis Christianæ curriculum, & veræ religionis exercitatio continetur: dignus est hic Psalmus, qui quotidiano ore, cogitatione, & corde omnium piorum sine ulla intermissione, versetur.

Aleph.

Tenor.



O 1 beato, qui sequuntur orbitam legis Dei.

O 2 beatos, qui monenti sponte parent Numini,

Bassus.

O 3 beatos, qui sequuntur orbitam legis Dei:



O 2 beatos, qui monenti sponte parent Numini,



Labe 3 puri nec relinquunt legem jussum tramitem,



Quem 4 severitate dura nos tenere præcipis



Labe puri nec relinquunt legem jussum tramitem,



Quem 4 severitate dura nos tenere præcipis.

O 5 grandem regas labantem sic, monenti ut paream
A 6 tuis arcens a jussis nusquam ut errent limina:
Tum 7 decem etenim æquitatis candido te pectore,
Obsequar 8 tibi obsequentem tu tibi ne defere.

Beth b

Quid 9 juventam, ne labascat, servat æque ac lex tua
Hinc 10 ne abeuntem, modo laborantem rege,
Ne 11 vacillet pes meo tua verba condo pectore.
Rector 12 orbis, æquus is regulam tuæ doce
Me 13 tui oris verba semper ore meditem ut meo:
Illa 14 lorgè cæteroræ semper auro ut æstimem:
Illa 15 cognitem, illa sectar illa mirer unice:
Illa 16 nulla de re unquam nobilis deleant oblivia.

Da



O 2 beatos, qui monenti sponte parent Numini,



Labe 3 puri nec relinquunt lege jussum tramitem,



Quem 4 severitate durâ nos tenere præcipis.



Labe puri nec relinquunt lege jussum tramitem,



Quem 4 severitate durâ nos tenere præcipis.

Gimel.

Da 17 tuæ legi obsequenti vivere: ut 18 proprios tui
Conspicer pacti æquitatem, pande mentis lumina,
Inquilinum 19 jussa legis ne tuæ celaveris.
Pœderum 20 legis tuorum ægramens desiderat
O, 12 tuæ legis superbum qui premis fastidium,
22 Me tuæ legis sequacem vindica: 23 cui divites
Arroganter obloquuntur, jussa quod servem tua.
24 E tuo sermone vitæ quod capessam formulam.

Daleth.

Trge 25 animus langue: ægrum recrea verbo tuo
Cordis 26 arcanis latebras prodidi tibi: 27 rudem
Tu doce præterque lucem, jussa mediter ut tuo
Et 28 cor anxium tui verbi crigas solatio.

Absque

Absque 29 fuco tuarum scita legum ut diligam.
Recta 30 sector, instituta specto semper ad tua (sere.
Lex 31 tua animo sculpta inhæret, spem meam ne de-
Pande 32 iter tuæ æquitatis; te comes lætus sequar.

He.

Legum 33 iter monstra tuarum; fœdus erudi tuum,
Fœdus 34 ut legemque totis imbiam præcordiis
Cuncta 35 ut instituta rectâ secter usque semitâ.
Sordidis a verte curis jussa pectus ad tua;
Flecte lumina impias ne vanitates hauriant;
Languidum excita, fac ut te timeat animus ac amet
Libera probro à pudendo me benignus arbiter.
Tua 40 statuta diligenter, servet æquitas tua.

Va.

Me 41 bonus respice opiferque fœderis memor tui
Ora 42 claudam ut exprobranti spem tuæ fiduciæ.
Spes 43 salutis, veritatem ab ore ne tuam eripe.
Semper 44 ut tuis statutis audiens, 45 tuto gradu
Ambulem tua jussa quæro sola 46 coram regibus.
Dissiram (nec me pudebit) de tuis sermonibus (chia
Hos 47 amavi, & hos amabo; 48 & obsequens his bra-
Tollam ut usq; & disq; volvam hos ore, mente cogitē.

Zain.

Sis 49 memor pacti columna quæ meæ fiduciæ est, (pit
Quod 50 levat mœrentem, & ægrū è fauce mortis eri-
Rideant 51 licet superbi, te sequar. 52 legem tuam
Usque repetam, in rebus arctis hoc erit solatium
Impios 53 quum legis hostes cerno, totus horreo.
Carmen 54 hæc erit mihi, orbem donec hospes hunc
colam.
Hanc 55 ut observem, tenebræ me silentes admonent
Illa 56 mentem cura semper unice exercet meam

Heth.

Heth.

Obſequi 57 tibi mihi una eſt ſpes, opes, hæreditas
Ut 58 bonus promiſſa præſtes, unice unum id ambio
Actiones 59 vitæ ut omnes ad tuam componerem
Legem, 60 ad hanc cuſtodiendã, quà licet me confero
Impeditus 61 impiorum vinculis hanc cogito:
Hujus 62 ergo nocte ſurgens proſequor te laudibus
Qui 63 verentur hanc, amicis utor. 64 hanc, parens
Qui tuâ benignitate cuncta reples, edoce. (bone,

Teth.

Domine 65 adeſto, pollicitâ ſervo fac benigne appare-
Hi 66 tuæ legi acquieſcam, me doce legem tuam. (ant
Vix 67 malo coacta leges mens ſequi didicit tuas
Scita 68 fons bonigna tatis, tua benignè me doce.
Me 69 ſuperbi criminantur, corde toto ego te ſequar
Juſſa me juvant tua 70 illis mens hebeſcit proſperis
Erudi ſti 71 me malis, ut legi adhæream tuæ.
Hæream 72 ut legi auri acervis gratiori incentibus

Jod.

Da 73 manu tuâ creato noſſe vim legis tuæ.
Me 74 pii læti obſequentem legibus ſpectant tuis
Juſta 75 lex tua eſt: premis me jure juſtus arbiter.
At 76 libenter audientem juſſa me tua recrea,
Tibi 77 libenter obſequentem præveni clementiâ
Servulum 78 tuum prementem comprime arrogantiâ
Me 79 tuæ legi obſequentes obſequentem diligant
Nec 80 ferat tibi obſecundans, pura mens infamiam

Caph.

Deficit 81 mens ſpe ſalutis, ſpes nec illam deficit.
Laſſa 82 languent lumina tutris corpus inſtar aridi
Tabuit, 83 ſolare promiſſi in malis memorem tui.

Qui

Quis 84 ferendi finis? hostem quando punies meum?
Mihi 85 tuæ legis superbus hostis effodet scrobem.
Æqua lex; promissa certa sunt tua: hostes confice,
Qui premunt me, quod te in uno eo locam fiduciam.
Scita fac ut ad tua omnes actiones dirigam.

Lamed

Certa sunt promissa, certa stat tuis verbis fides,
Dum 90 polo stellæ micabunt, herba terras vestiet:
Sempiterno quæ recursu legibus parent tuis.
Obruissent me dolores, ni assuissent lex tua,
Lex salubris: nulla nobis tollet hanc oblivio.
Sum tuus, tua instituta diligentes diligo,
Impii 95 mortem parabant scita mê sitanti tua.
Ceteris est finis: illa sola semper permanent.

Mem.

O tuam quàm legem amavi! semper illam cogito.
Hostibus prudentiorem me meis hæc reddidit.
Factus huic fui obsequendo & doctior doctoribus.
Hæc quod audiam, senectâ assuetior sum calidâ:
Huic 100 ut obsequar, malorum flecto gressum à semi-
Te docente non recedo paululum à verbis tuis, (tis.
Facibus mes suavi melle suavioribus.
Eruditus his, recedo à semita mendacii.

Nun.

Sancta 105 lex, velut lucerna, dirigit pedes meos.
Obstinavi animum, tuis ut obsequar sermonibus.
Obrutum malis, tuorum fœderum memor leva.
Edoce me juste, & oris hanc bonus cape victimam;
Justa non rejecta, quamvis undique instarent mala:
Hæc 110 nec abieti impiorum penè clausus retibus.
Hæc voluptas, hoc mihi unum gaudium, hæc hæreditas,
Hic scopus mihi manebit, vivus aurâ dum fruar.

Samech.

Sameth.

Diligo legem tuam, ſicut malos abominor.
Una ea es ſpes, una verbis in tuis fiducia.
Ut 115 Dei mandata ſervem, hinc impii faceſſite.
Me tuo ſermone fulci, ne ſequar ſpes irritas.
Te regente ſalvus uſque juſſa diligam tua.
Perfugas calcas tuos, qui vana fruſtra cogitant.
Legem amo tuam quòd omnes impios extermines.
Corpus 120 horret, quum ſeverum cogito te judicem

Ain.

Æquia ne me diligentem deſere opprimentibus.
Juſta fac amem ſuperbo tutus à ludibrio.
Dum ſalutem ſpero, ſcita ſpecto dum tua, lumina
Laſſa languent: tu 124 benignus edoce ſervum tua
Placita: legum fac tuarum intelligat myſteria.
Tempus ſtatuit puniendi legis adverſarios:
At tuum fœdus mihi auro eſt carius cariſſimo:
Hoc amo, huc errore miſſo dirigo vitæ ordinem.

Pe.

Mira rituum tuorum mens colit myſteria.
Verba 130 pectori imperito luminis ſunt janua:
Faucibus tua verba apertis duco vitæ ut ſpiritum:
Ceu ſole: te diligentes, intuere me bonus. (met
Dirige 133 ad tua verba greſſus: tū ſcelus non oppri-
Me 134 tuæ legi, impiorum liber à calumnia,
Obſequar. 135 bonus intuere me, tuā ut legem ſequar
Si 136 quis hanc ſpernit, fluunt mihi more rivi lacry

Sade. (mæ.

Juſtus 137 es creator orbis: juſta juſſa ſunt tua.
Plena 138 lex eſt æquitatis: certa verbis veritas,
Rumpor 139 irâ, quum ſceleſtis impie contemnitur

Sermo

Sermo 140 purus instar ignis: servus hunc amat tuus
Impii spernant licebit me, tuam legem sequar,
Justa sunt tua sempiterna, mota nullo turbine;
Turbidis mihi illa rebus anxium cor recreant.
Scire legem da tuam: vitam mihi donaveris

Coph.

Corde 145 toto audi vocantem, legi ut obsequar tuæ
Invoco, adjuva invocantem, fœdus ut colam tuum.
Invoco te manè, verbis in tuis fiducia est.
Nocte vigiles antevertо, verba mediter ut tua.
Me benigne audi, ut soles, & fauce mortis eripe.
Impii 150 me persequuntur, legis expertes tuæ.
Tu propinqua Domine, justi cujus omnia justa sunt
Justa firma fiere nullo, firma nullo exordio.

Res.

Ad pice afflictum: leva me, fœderis memorem tui
Fœderis memor meam vitam patronus asserе.
Impii 155 malè interibunt, justa qui tua negligunt
O bonus, sine fine, robora, ut soles, vitam meam.
Me prementum multitudo à lege non flectit tuâ,
Mœret animus intuendo pacta qui spernunt tua
Tu bonus tua justa amantem me vicissim recrea.
Cuncta 160 promissa tua nullum fixa norunt termi-
num.

Sin.

Me premit tyrannis: at cor verba meditatur tua,
Verba gratiora gazis aureis animo meo.
Diligo legem tuam, ceu vanitatem abominor.
Septies tuam æquitatem me canentem lux ideo.
Legem 165 amantibus tuam pax multa, nulla offensio
Spectat à te mens salutem nixa promissis tuis.
Mens amat promissiones unice & servat tuas.
Servo tua pacta, ut vicissim tu vitam observas meam.

Thau.

Thau.

Invocanti da tuarum scire legum abscondita,
Invocantem 170 libera me, fœderis memor tui.
Te 171 docente prædicabit os tuas laudes: tua
Justa 172 lingua nuntiabit justi longè æquissima.
Dexterâ 173 tua obsequentem justibus juva tuis.
Abs 174 te opem spero, tuarum scita legum diligo.
Sospita 175 me, ut prædicem te: lex juvabit me tua
Me 176 vagam ut pecudem, require fœderis memorem tui.

PSAL. CXX. Ad Dominum cum &c.

Quereʼam habet hic Psalmus non tam de externorum hostium vi, quam de malevolorum calumniis fraudulentis & venenatis, cum quibus quam grave sibi sit conversari indicat, Deique auxilium implorat.

Carm. genu III.

Hinc 1 me obsidebant bella, & hinc calumniæ;
Livor faces admoverat.
Ad te refugi destitutus omnibus,
Rerum creator optime.
Te voce supplex invocavi, tu meas
Non lentus audisti preces.
A 2 fraudulente toxico linguæ Deus
Me protege & mendaciis.
O 3 lingua fraudis machinatrix impiæ,
Qua spe meum oppugnas caput.
Scythæ 4 ferocis lingua pestilentior
Tinctis veneno spiculis,
Ignis voracis lingua flammis ardior.
Quum silva flagrat arida:
Heu 5 vita tristis, vita dura & anxia,

Per

Per invios erratica
Montes, latrones inter atque inhospita
Gentis feræ e mapalia.
Mens 6 ægra vitæ carpitur fastidio,
Hostes quietis accolens:
Hostes 7 quietis, blandi quos oratio
Ferociores efficit;
Quos innocentis mentio concordiæ
Ad bella sæva exasperat.

PSAL. CXXI. Levavi oculos meos, &c.

Testatur hoc Psalmo David, fiduciam se suam in omnibus angustiis & periculis solum in Deo præsentia & benignitate felicissime collocare, ideoque exemplum hoc suum omnibus pijs imitandum proponit.

Carm. genus xvii.

DUm 1 ferox armis inimicus instat,
Ad montes vaga lumina
Proximos circumfero, si quid illinc
Forte apparerat auxili.
Ara mihi cœli Dominus solique
Certam solus opem feret:
Ille 3 (quid vano trepidans tumultu
Cor pulsas mihi pectora?)
Ille sanctorum (mihi crede) custos
Noctes excubat & dies:
Vigil 4 nec blandi illecebris soporis
Unquam lumina dimovet:
Leniter 5 passis tibi semper alis
Umbræ more supervolat,
Ne 6 curem solis violentioris
Uranti spicula de die,

Nocte

Noctem lunæ nebulosioris
Artus degravet habitus,
Seu 8 domi claudus latea, latentem
Clausus servat in ædibus:
Seu 9 foris pacis obeas amicæ,
Seu belli fera munera,
Sospitem è cunctis Dominus periclis
Semper te bonus eruet.

PSAL. CXXII. Lætatus sum in his, &c.

Gaudium & insultationem animi pii, & festivis interesse concioni hominum piorum, hic Psaltes exprimit, in quo ipso gaudet David, Hierosolymam præ aliis urbibus, tanquam imaginem veræ Ecclesiæ, cultibus divinis delectam & stabilitam esse, proque illius incrementis & salute Deum orat.

Carm. genus XXVI

O 1 Lux candida, lux mihi
Læti conscia nuncii:
Jam pleno stata tempora
Reddit circulos anno:
Jam festi revocant dies
Augustam Domini ad domum:
Jam 2 sacri pedibus premam
Lætus limina templi.
Jam 3 visam Solymæ edita
Cœlo culmina, & ædium
Moles nobilium, & suo
Augustam populo urbem:
Urbem, 4 quam procul ultimis
Terræ finibus exciti,
Petunt Isacidæ, ut Deum
Placcat more parentum:

Iussam

Jussam 5 cælitus oppidis
Urbem jus dare ceteris,
Et sedem fore Davidis
Cuncta in sæcula proli.
Mater 6 nobilis urbium,
Semper te bona pax amet,
Et te semper amantibus
Cedant omnia rectè.
Semper 7 pax tua mœnia
Colat: semper in ædibus
Tuis copia dextera
Larga munera fundat.
Dulcis 8 hospitibus domus,
Te pax incola sospitet:
Sedes 9 Numinis, omnia
Succedant tibi faustè.

PSAL. CXXIII. Ad te levavi oculos, &c.

Precatio est, quâ homines vere pii, divitum superborum, irriso unque contumeliis & ludibriis subjecti ad Dei patrocinium confugiunt.

Carm. genus vi.

AD te levavi Rex pater & Deus;
Ad te levavi lumina, qui procul
Contagio humano remotus,
Templa habitas radiata cœli.
Ut 2 servus observat domini manus:
Gestus & omnis lumine mobili;
Arguta ceu nutus acutis
Serva oculis dominæ tuetur:
Te nostra spectant, te Domine & Deus,
Intenta mentis lumina, dum graves

Iræ

Iras remittas, servulisque
Deus veniam bonus atque pacem.
Jam 3 lenis in nos respice: 5 servulis
Jam parce tandem, parce fidelibus,
Quos hostis insultans superbo
Ludificâtque premitque vultu.
Contemtus 4 host. ac opprobrium sumus,
Vitæque tædet, ferre animus nequit
Supercilium tumens superbi,
Ludibriumque opibus tumentum.

PSAL. CXXIV. *Nisi quia Dominus, &c.*

Agnoscit hoc Psalmo Ecclesia, se e maximis periculis & aramnis, non suis viribus, sed bonitatis divinæ auxilio evasisse. Gladium etiam, quæ imminebant, magnitudinem amplificat; & ad gratiarum actionem omnes cohortatur.

Carm. genus xxvii.

NIsi faventis affuisset numinis præsentia,
(Dicat Isaci propago) 2 Numinis præsentia,
Nisi faventis affuisset, quum veniret perditum
Nos superba multitudo, freta stultis viribus,
Fortè 3 vivos devorassent debilesque & paucolos:
Ira fervidi furoris, avida nostri sanguinis,
Obruisset 4 instar undæ nos procella cladium
More 5 torrentis nivali ab imbre turgidi, impetus
Nos repente sustuliisset: usque ad animam gurgites
Usque ad animam transiissent gurgites impervii.
Sempiterna 6 laus Deo sit, qui suos non tradidit
Dentibus prædam cruentis perfidarum gentium.
Cassibus 7 fractis dolosis sospites evasimus;
Capta veluti jam volucris rete fugit aucupis.
In 8 Deo nostræ salutis spes reposita est unico;
Qui solum cœlumque fecit vi potentis dexteræ.

PSAL.

PSAL. CXXV. Qui confidunt in, &c.

Docet hic Psalmus, quanta securitas & felicitas sit eorum, qui in omnibus rebus adversis spem salutis suæ in Deo habeant collocatam, perpetuoque cogitent, momentaneas tantum vitæ hujus miserias esse, si cum æternis comparentur. Deinde contra impios propiorum felicitate Dei benignitatem implorat.

Carmen genus vi.

SIonis r arcem non Aquilo impotens
Saxo sedentem perpetuo quatit,
Nigrantibus non auster alis
Imbriferas glomerans procellas.
Qui cunque vere spem locat in Deo,
Non hostis hunc vis, non quatiet dolus,
Si *a* fractus illabatur orbis,
Incolumis fugiet ruinam.
Ut 2 civitatem *b* mœnia montium
Sanctam tuentur, sic Dominus suos
Vi cingit arcanâ, nec unquam
Præsidio *c* viduos relinquet.
Nec 3 impiorum perpetuo jugo
Sinet piorum progenies premi,
Ne turpibus contaminetur
Flagitiis labefacta mentem.
Ut 4 affluenter fac bona sint bonis
Ut continenter fac male sit malis,
Dc 5 calle quos recti illecebris
Impietas male sana flexit.
Fac sancte rerum conditor, ut domum
Beata semper pax colat Isaci:
Tranquillitas secura pulchræ
Exhilaret Solymæ colonos.

PSAL

PSAL. CXXVI. *In convertendo, &c.*

Judæi ex vinculis Babyloniis domum reversi hoc carmine lætitiam suam, eum gratulatione, testantur orantque Deum ut inceptam liberationem continuet & perficiat; indicantes interim quo durior fuerit afflictio, eo cumulatiorem insequentis gaudii uberiatem esse futuram.

Carm. genus iii.

QUum 1 pater omnipotens captam remeare Sionē
Dulcemque jussit patriam revisere,
Attoniti stupuere animi, nec opinaque secum
a Metum librantes inter & spem gaudia.
Vixque sibi credunt; veluti qui noctis opacæ
Sopore pulso manè versat somnia.
Pro 2 lacrymis redeunt risus, sua gaudia quisque
Sermone celebrat patrium laudans Deum,
Nec minus attonito stetit ad miracula vultu,
Sic barbarorum turba secum mussitans,
En pater ille deum quot signa ostendit amoris!
Hujus saluti genus usque ut prospicit!
Nec 3 falso, nam signa Deus monstravit amoris
Præclara nostræ dum saluti prospicit.
Ergo alacres lætо testamur gaudia plausu;
At 4 tu benigne fac parens, ut cæteri
Jam redeant, plenisque viis sic agmen inundet,
Ut æstuosi quum flat Austri spiritus,
Indignata suis cohibere flumina ripis,
Vagâ per agros murmurant licentiâ.
Qui male fœcundæ commisit semina terræ,
Et corde tristis multa volvit anxio,
Si venit uberior seges imbribus aucta benignis,
Exultat hilari cor metentis gaudio.

Nos 6 quoque longa fugæ post tædia, postq; labores,
Lari arva cultis patriæ revisimus.
Te patrium cani mulque Deum, semperque canemus,
Agimusque memores atque agemus gratias.

PSAL. CXXVII. Nisi Dominus &c.

Docet hic Psalmus, civitatum & familiarum salutem, alimenta, & liberorum felicitatem, non humanæ industriæ, sapientiæ aut vigilantiæ opus esse; sed a solius Dei benignitate & providentiâ omnia proficisci & conservari.

Cant. gradus iii.

NI cœpta Dominus juverit, frustra struis
Moles superbas ædium:
Ni Dominus urbem servet, incassum excubat
Muris vigil custodia.
Frustra 2 antevertis manè solem, & vespere
Sero domum revertеris:
Victum labore vix parabis anxio,
Ni Dominus admorit manum.
At ille amicis interim suis dabit
Purum soporem somni s:
Domumque dulci prole fœtam liberam
Præbebit. 3 Hæc hereditas,
Hæc illa merces, qua beat caros sibi
Rerum ille Dominus omnium.
Non 4 sic timori est dextram telis gravis
Bellator hostis hostibus,
Vt quem parentem masculæ propaginis
Favor beavi numinis.
O 5 ter beatum & amplius, qui talibus
Phatetram sagittis impleat!
Non ad tribunal erubescat jurgia
Procacis adversarii.

PSAL.

PSAL. CXXVIij: Beati omnes, &c.

Psalmus hic præmia, quibus pii & vere deum timentes in hac vita ornantur, enumerat: nimirum felicitatem in omnibus actionibus: optatum conjugium, probos & bene valentes liberos benedictionem divinam, felicem statum patriæ, longam progeniem nepotum, pacem & tranquilitatem publicam.

Carm. genus XXV.

FElix 1 ô ter & amplius
Quem timor Domini tenet,
Quem non illius à via
Flectit devius error.
Felix, 2 & tibi prospere
Cedent omnia; nam tuo
Carpes dulcia fercula
Comparata labore:
Instar 3 palmitis uberi
Proventu gravidi, & coma
Cingentis viridi domum,
Te conjux hilarabit,
Ceu, *a* plantaria fertili
b Pubescunt oleæ solo,
Jucundo tibi liberi
Cingent agmine mensam.
Quem 4 timor Domini tenet,
Inter talia commoda
Vitæ tempora transiget.
At 5 teex arce Sionis
Ditabit Domini manus
Larga, & conspicies bonis
Florentem Solymam, tibi

Donec vita manebit.
Prolis 6 adſpicies tuæ
Longâ ſtirpe propaginem,
Feſta ſemper & Iſraci
Lætos pace nepotes.

PSAL. CXXIX. *Sæpe expugnaverunt.*

Monet hic Pſalmus Eccleſiam, ut memor multiplicium afflictionum & anguſtiarum, quibus ab impiis olim divexata, & poſtea liberata a Deo fuerit, gaudeat & exultet, brevique futurum ſperet, ut heſtium improbitas in ipſo flore ſuo opprimatur.

Cantionis gradus XXIV.

Sthic binas conjungunt recentiſſima exemplaria ſtrophas, ut in CV.

{Ure 1 dicat grex bonorum,
Mille me moleſtiis
Factio preſſit malorum :
Prima 2 ab uſque origine
Factio preſſit malorum
Mille me moleſtiis ;
Nec tamen ſub vertere unquam
Quivit ullis machinis
Terga ? ſævis exaravit
Verberum vicibus,
Terga longis fecta a ſulcis],
b Hoſtis ad faſtidium ;
Sed 4 parens rerum benignus
Vincla rupit impia,
Meque e nervo liberavit
Servitutis aſperæ,

Qui

Qui 5 Sionis non amico
Spectat arces lumine,
Vota ſemper vana volvat,
Spes inanes nutriat.
Marceat 6, ceu ſole mareet
Herba languens torrido
Herba ſummis nata rectis
Quæ repénte corruit,
Antæ falcis plagam acutæ
Sicca marcidis comis,
Unde 7 nec ſinum replevit,
Qui maniplos colligit,
Nec manum meſſor peruſtus
Prata tondens florea,
Nec 8 viator ominatus
Proſpera eſt metentibus,
Sic precatus arva lata &
Arva lauta & roſcida,
Hunc in annum, & uſque in annos
Hunc ſequentis numinis
Vos favor ſemper benigni
Servet, ornet, augeat.

PSAL. CXXX. De profundis clamavi.

Textus hic eſt pœnitentialis, quo homo pius in ultimisque peccatorum ſibi conſcius, ingenue confitetur, ſe omnesque homines ita peccati veneno imbutos eſſe, ut ſuis viribus & actionibus Deum placare non poſſint. Proinde divinæ veniæ promiſſionibus fretus, ardenti cum fiducia, ad ſolius Dei miſericordiam confugit atque uno hoc modo gratuitam ſe peccatorum ſuorum condonationem conſequi oſtendit, omnesque proinde ad idipſum faciendum, ſuo exemplo cohortatur.

Carm. genus viii.

CVrarum 1 rapidis fluctibus obrutus,
Arcanis animi de penetralibus,
Audi 2 verba precantis,
Clamavi, pater optime!
Audi verba pater, quæ tibi supplices
Multo cum gemitu fundimus: applica
Intentam bonus aurem
Tristes ad querimonias.
Si 3 vindex tetricus facta nefaria
Pœnis cuncta velis plectere, quis sibi
Tam confidit, acerbum
Vt non horreat exitum?
At 4 tu non a furiis tristibus es asperis,
Sed largus veniæ, & munificus parens:
Vt te jure colamus,
Legum & jussa salubria.
Nam 5 spes polliciti me recreat tui:
Promissique fides fallere nescii,

Carm. genus xxvisi.

Discantus.



Altus.



Et fiducia certa
Mentem sustinet anxiam,
Non 6 sic præcipiti nocte vigil diem
Observat roseum non rediens vigil
Phœbi sic avet ortum,
Vt flagrat mea mens Deum.
Securi 7 in Domino figite spem pii
Non duro veniam supplicibus date;
Et promto dare presiis
Duro servitio manum.
Electi 8 generis progeniem gravi
Pressam servitio ex hostibus asseret:
Et de morte redemtam
b Noxis eximet omnibus.

PSAL. CXXXI. *Domine, non est, &c.*

Describit hic Psalmus humilitatem & abjectionem hominis pii, non in propriis viribus, sed in solius Dei misericordia omnem fiduciam suam collocantis

Tenor



Bassus.





Fiducia superbus
Despexerim minores,
Si mentis arrogantis
a Sublime vectus alis,
M jora, quàm liceret
Sperare cogitavi,
Ni 2 vota temperavi
Modestiâ salubri.
Nil deprecor, rogóve,
Nullam recuso pœnam,
Qualis puer tenellus
Vix lacte pulsus, unam
Suspirat in parentem;

Hanc



Elatus ambulavi,



S virium mearum



Si lumine insolenti



Elatus ambulavi,



Si virium mearum

Hanc spectat, hac ab una
Dependet ambit unam:
Æterne rector orbis,
Te mens mea intuetur
Unum, uni adhæret, unum
Te vindicem salutis
Agnoscit 3 O piorum
Propago sancta patrum,
Unum Deum parentem
Speckate spes in uno
Locate, cuncta ab uno
Sperate, spem nec unquam
Fovebitis caducam

PSAL. CXXXII. *Memento Domine, &c.*

Extrinsecus hoc Psalmo desiderium Davidis, gestientis honore & cultibus divinis templum extruere, & percipientis animo lætitiam tanquam ex æde sacra orituræ ejus absoluta, compos ipse voto earum factus jam esset. Gloriatur quoque David de regni sui æternitate divinitus promissa, quod ipsum de regno Messiæ ex posteritate Davidis nascituro, intelligendum esse, patet ex secundo capite Actorum.

Cæsm. genus i.

DAvidis 1 esto memor, genitor, memor esto laborũ
Quos tulit in rebus tua jussa sequutus egenis.
Ille 2 tibi Hebræ gentis Deus, unice votis
Obstrinxit caput, & promissis ora reclusi,
Non 3 ædes prius ingrediar, mollive reponam
Membra toro, 4 aut oculis dulcẽ indulgeo sopore,
Quam 5 fanum inveniam, & sacri fundamina templi
Designem, sanctisque locum demetior aris.
Fama 6 licet patriæ multum promitteret oræ,
Inter saxa tamen sylvestribus obsita dumis
Monstravit Deus ipse locum. Deus ipse perenne
Hæc templum templique sacris sedem innuit aris.
Ergo 7 alacres gravia Domino properemus ad ædem
Scamna 8 pedum pronis veneremur vultibus: & tu
Sancte pater, bonus ac placidus cape vota, tuumq;
Lætus ad sedem nondignare penates
Qui memorem æterni servabunt fœderis arcam,
Templa 9 sacerdotes casti tueantur, & omnes
Qui tua intẽplis venerantur numina sacris.
Lætitiâ exultent. 10 Sic David pectore puro
Te coluit, tuæ Davidicæ nunc respice prolis
Dona tuique pii cui fama tuenda dedisti.

Davidi

Davidi 11 enim quondam (neque jam sententia vertet
Ulla tuam mentem) juraſti: E ſtirpe propago
Nata tua ſolium & ſceptrum retinebit avitum.
Quod 12 ſi poſtcritas ſervet mea fœdera pactis
Sifterit, leges ſi non temerarit avitas,
Nulla dies ſolio vis nulla excidet avito
Et natos natorum, & qui nascentur ab illis,
Ipſe 13 mihi ſedem elegi ſine fine Sionem, (ptas,
Quam colerè, 14 hic mihi certa quies, hic certa volu-
Hæc mihi grata domus. 15 cælesti largiar ubere fruges
Faxo alat, & duros largè ſaturabo colonos.
Templa 16 tuebuntur cultu juſtique miniſtri,
Lætaque pios perfundam pectora certo,
David coque 17 novum producam è ſemine germen,
Quod late in populo, fundet ſua brachia ſtirpi
Proſpiciam ſerâ ſolium qui illuſtret avitum,
Claraque per cunctis diffundat lumina terras.
At 18 pudor & turpes maculis infamia ſpargens,
Hoſtibus inficiet vultus: Jaſſæa propago
Floribit, cingetque ſacrum diademate crinem,
Tranſmittetque tuam longæva in ſæcula famam.

PSAL. CXXXIII. Ecce quam bonum.

Encomium eſt concordiæ, cujus utilitas pulcritudo & claritas, comparatur prociosiſſimis unguentis balſami, & roris monti Hermonis celeſtis.

Carm. gnomici.

NIhil caritate mutua ſuavius nihil
Jucundius concordia;
Non aura ſuavis balſami, quam funditur
Aaroni in ſacrum caput,
Et imbre retro prolegens barbam, & ſinus

Limbum

Limbum parerrat aureum,
Non 3 ros tenella gemmulis argenteis
Pingens Sionis gramina,
Aut verna dulcia inebrians uligine
Hermonis *b* intonsi juga.
Fraterna quam pax incolit domum juvat
Dominus benigna dextera,
Et opibus auget filiorum & filios
Multis propagat sæculis.

PSAL. CXXXIV. Ecce nunc benedicite.

Exhortatur Levitas, ut in suo officio sint vigilantes & sedulo, usque Deum propitium & beneficium promittit.

Carm. genus III.

DOmini i ministri, nocte qui custodiæ
Sancti excubatis arcis,
Laudate Dominum, laudibus donec sacro
Nox annuit silentio,
Interque 2 laudes mentibus puris manus
Cœlo supinas tollite,
Et 3 vos beabit Dominus invicem omnibus
Cœli soliique commodis,
Dominus Sionem qui tuetur unicus
Cœli soliique conditor.

PSAL. CXXXV. Laudate nomen Domini

Hæc quoque Psalmus exhortatur populum Hæbræum ut celebret verum Deum pro peculiaribus ab eo acceptis beneficiis eorum comparatione cum idolis, addita ironica exagitatione horum vanitatis.

Carm.

Carm. genus I

VOS 2 quibus est sacri custodia credita templi,
Eia Deum laudate: Deum celebrate ministri,
Qui sacra assiduâ vigilatis ad atria curâ.
Eia Deum laudate bonum, nomenque beatum
Tollite perpetuo vestro super æthera cantu.
Quippe Jacobum ultro legit lectumque dicavit
Hunc sibi, seu a privam patrimoni in sæcula sortem.
Nota 5 quidem Domini est immensa potentia, notum
Numen: quippe deos sub se premit altior omnes,
Quos alii stolidâ placant ceu numina curâ.
Versat 6 enim nutu cælo, terràque mar que,
Aut si quod cæcis clausum est penetrale tenebris
Naturæ quodcunque libet 7 de viscere terræ
Evocat & liquido suspendit in aëre nubes,
Fulguribusque vagis venientes prævenit imbres,
Deque suis promit ventorum flamina g zis
Ille 8 hominum primos fœtus pecudumque per arva
D vitis Ægypti stravit: 9 regemque superbum,
Et quicunque bibunt b septem flua flumina Nili,
Terruit ostentis c 13 validis ille oppida muris
Turrita evertit, numeroso millite cinctos
Cum stirpe extinxit violento funere reges:
11 Stravit e Amorrhæum valida virtute d Seonem
Quique Basan Ogus magnâ ditione tenebat,
Regnaque non uni Cananæa subdita sceptro
A vique 12 dejectis nuper viduata tyrannis,
Acc pere novos Iacobi è stirpe colonos.
Sancte 13 parens rerum, qui justo examini nosti
Parcere 14 subjectis, & debellare superbos,
Posteritas te sera canet, tua splendida facta
Nulla unquam ex animis tollent obliv a nostris.

Ac

At 15 sibi quæ variis fixit simulacra figuris
Vana superstitio, calidis fornacibus aurum
Argentumve liquans, nil sunt nisi ludicra dextræ
Humanæ commenta. 16 illis os vocis inane,
Lucis egent oculi: 17 surdas sonus advolat aures:
Et patulas frustra nares jucundus odorum
Halitus incursat, calidus non pectora pulsat
Spiritus. 18 O quisquis ludibria talia fingis,
Aut colis, ipse tuis similis diis exigar ævum,
Mentis inops & lucis egens; non aure nec ore
Accipiat reddatve sonos, nec nare sagaci
Sentiat halantes per prata nitentia flores.
Tu 19 vero, genus à magno Israele profectum,
Et 20 domus Aaronis, genitique è sanguine Levi,
Et quicunque pio rerum venerare parentem
Obsequio. 21 laudate Deum, qui tecta Sionis
Arduа, qui sacram Solymæ bonus incolit ædem.

PSAL CXXXVI *Confitemini Domino, &c.*

Hac quoque Psalmo, celebratione divinæ potentiæ & bonitatis, tam ex ordine naturæ, quam ex gubernatione Ecclesiæ elucescentis, omnes pii ad laudes Dei invitantur.

Carm. genus ii.

Ela 1 Deum laudate, Deum facilemque bonumque
Larga benignum semper indulgentia.
Eia 2 Deum laudate, Deus namque ille deorum est,
Larga benignus semper indulgentia.
Cui 3 Domini rerum submittunt sceptra tyranni,
Larga benignu semper indulgentia,
Qui 4 facit attonito solus miracula mundo,
Larga benignus semper indulgentia.
Qui 5 nitidos mira arte polum convolvit in orbes

Larga

Larga benignus semper indulgentiâ.
Qui 6 liquid sterra emergere jussit ab undis,
Largâ benignus semper indulgentiâ.
Qui 7 v treo accendit flammantia lumina cœlo,
Larga benignus semper indulgentiâ
Qui 8 solem auricomum jussit dare jura dici,
Larga benignus semper indulgentia.
Qui 9 lunam & stellas tenebras distinguere nostis
Jussit benigna semper indulgentia:
Pignora 10 prima Phari qui fato exstinxit acerbo,
Larga benignus semper indulgentia,
Isacidas 11 medio incolumes ex hoste recepit,
Larga 12 benignus semper indulgentia.
Qui 13 rubri Oceani torpentes diffid t undas,
Larga benignus semper indulgentia,
Perque 14 undas fissas sobolem traduxit Abrami,
Larga benignus semper indulgentia.
Pharonem 15 & Pharios submersit gurgite currus,
Larga benignus semper indulgentia.
Deduxitque 16 suos deserta per avia tutos,
Larga benignus semper indulgentia.
Et 17 val dos mer tâ prostravit clade tyrannos,
Larga 18 benignus semper indulgentia.
Stravit 19 Amorrhæum vallidâ virtute Seonem,
Larga benignus semper indulgentia.
Stravit 20 & incassum confi um viribus Ogum,
Larga benignus semper indulgentia.
Metatusque 21 novis agrum est utr usque colonis,
Larga benignus semper indulgentia.
Isacid s 22 habitare su s dedit hostien rura,
Larga benignus semper indulgentia.
Qui 23 nos in rebus miseros respexit egenis,
Larga benignus semper indulgentia.
Avertitque 24 retro nostris cervicibus hostem,
Larga benignus semper indulgentia.

Qui

Qui 25 genti vitam humanæ victumque ministrat,
Larga benignus semper indulgentia.
Astrigeros 26 laudate deum qui temperat orbes,
Larga benignus semper indulgentia,

PSAL. CXXXVII. *super flumina Babylonis &c*

Lamentatio est populi Judaici in vinculis Babylonicis detenti & miserrimi de suis infortuniis & hostium insolentia ac ludibrio conquerentis, una cum imprecatione & comminatione ultionis divinæ.

Carm. genus xxii

Dum 1 procul à patria mœsti Babylonis in oris,
Fluminis ad liquidas sorte sedemus aquas,
Illa animum subiit species miseranda Sionis,
Et nunquam patrii tecta videnda soli.
Flevimus, & gemitus luctantia verba repressit,
Inque linus liquidæ decidit imber aquæ,
Muta 2 super virides pandebant nablia ramos,
Et salices tacitas substinuere lyras.
Ecce 3 ferox dominus Solymæ populator opimæ
Exigit in mediis carmina læta malis:
Qui patriam exilio nobis mutavit acerbo,
Nos jubet ad patrios verba referre modos,
Quale canebamus, steterat dum celsa Sionis

Carm genus xxviii.

Discantus.



Pectore te grato Dominumque Deumque fatebor

Regia, finitimis invidiosa locis.
Siccine 4 divinos Babylon irrideat hymnos?
Audiat & sanctos terra profana modos?
O 5 Solymæ, ô adyta, & sacri penetralia templi,
Ullane vos animo deleat hora meo?
Comprecor, ante meæ capiant me oblivia dextræ,
Nec memor argutæ sit mea dextra lyræ:
Os 6 mihi destituat vox, arescente palato
Hæreat ad fauces aspera lingua meas:
Prima mihi vestræ ni sint præconia laudis,
Hinc nisi lætitiæ surgat origo meæ.
At 7 tu, quæ nostræ insultavit læta rapinæ,
Gen is Idumææ tu memor esto pater.
Diripite, ex imis a evertite fundamentis,
Æquaque (clamabant) redd te tecta solo.
Tu 8 quoque crudeles Babylon dabis impia pœnas,
Et rerum instabiles experiere vices
Felix 9 qui nostris accedet cladibus ultor,
Reddat ad exemplum qui tibi damna tuum.
Felix, qui tenero conspergat saxa cerebro,
Eripiens gremio pignora chara tuo.

PSAL. CXXXVIII. Confitebor tibi Domine, &c.

Prædicat Deis in se multiplicem benignitatem, & idipsum alios quoque toto terrarum orbe regis a te facituros esse, nisi à se adjuvandi animum. Deum enim favere humilibus, adesse justis, ejusque præsidio decere quoque tuum se fore confidit

Tenor.



Pectore te grato Dominumque Deumque fatebor

Bassi.

Altus.



Ad 2 tua templa oculis, animo ad tua numina ſpectans 3.
Nomen celebrabo tuum,
Perpetuamque fidem:
Qui 3 donis promiſſa novis cumulata rependis:
Audis vocantem, robora
Das animo trepido.
Te, 4 quacunque patet tellus circumfiua ponto,
Reges fatebuntur Deum,
Quum ſine labe fidem
Audierint: rituſque tuos ſuper æthera cantu
Ferent, tuæque gloriæ
Ad jubar attoniti.
Nam 6 liquidi quanquam trans ignea mœnia mundi

Bassus.



Beatus in te permanes:
Attamen haud humiles
Despicis, elatosque premis 7 discrimine mille
Passim mihi circumstrepant,
Te duce tutus ero.
Tu validâ obsistes dextrâ furialibus ausis,
Qui me lacessunt hostium:
Incolumique 8 dabis.
Quod super est si quid super est, bonitate perenni,
Quo cœperis gradu, tuæ
Facta tuere manus.

PSAL. CXXXIX. Domine probasti, &c.

Ex admirabili sapientiæ & potentiæ ex arte fictissima corporis humani fabrica ratiocinatur hic David, *conditorem operis tam mirandi, nihil actionum & cogitationum humanarum fallere aut latere posse. Proinde seipsum & alios excitat, ut, tanquam in Dei conspectu & oculis versentur, omnia cogitent, dicant & agant sine hypocrisi. Tandem etiam splendide Dei providentiam prædicat quantoque Dei amore, & hostium Dei odio flagret, testatum facit.*

Carm. genus iii.

1 MOmenta a vitæ nulla te latent meæ,
Rector benigne cælitum.
Seu 2 sedeo, sive curam seu quid cogito,
Tu cuncta præsens adspicis.
Lux 3 sive curam seu quietem nox tulit,
Curam & quietem temperas.
Nec 4 te minutæ voculæ fugit sonus,
Quam lingua temerè fuderit.
Et 5 os & humeros totiusque corporis
Sic arte mira fabricam
Finxisti, 6 acumen nullum ut humani ingeni
Ratione possit assequi.
Quonam 7 ergo vultum fugero tuum? quibus
Clausus latebris occulat?
Petamne 8 cœlum? præsto es hic, ad inferos
Demergar? illinc non abes.
Aurora 9 curru me volucri ut deferat
Ad occidentis limitem,
Hic 10 deprehendes me, nec hic tutus tuæ
Vitabo fulmen dextræ.
Incauta 11 mens si forte secum cogitet,

Nox

Nox me tenebris occulet ;
Obſcura tenebris noſtra nox luce eſt tibi
Meridiana clarior :
Tibi 12 nec tenebræ ſunt tenebræ, nec tuæ
Nox ulla providentiæ eſt :
Arcana 13 mentis tu tenes, qui pectoris
Arcana fabricatus es,
Qui me parentis vent e conditem, cut is
Tenello amictu involveras.
Compago 14 mira corporis noſtri, tuæ
Miraculum eſt ſolertiæ ;
Stupenda cujus opera nec noſtra aſſequi,
Sed nec negare mens poteſt.
Nam 15 nulla noſtri tam minuta eſt corporis
Pars ut tuam ſcientiam
Fugiat, nec ulla clauſtra pectoris latent
Te conditorem pectoris.
Maſſæ 16 recentis rudia adhuc primordia,
Rudiſque maſſæ ſemina,
Cui ſcripta haberes, corporiſque lineas,
Morum ſtatumque noveras.
Et membra nondum quum forent, quid adderent ?
Dies ſingulas ſingulis.
Hæc 17 mente tac tâ cog tanti mihi, ſtupor
Torporque ſenſus aligat ;
Animus labaſcit, quum tuæ miracula
Perpendo mecum dexteræ,
Citius 18 inibo numerum arenæ in littore
Quot volvat æſtus corpora :
Quamvis ocellis pervigil nunquam meis
Dulcem ſoporem indulſero.
O 19 quando perdes impios, rerum parens?
O quando ſanguinarios
A me repelles, 20 qui ſceleſti nomini
Et numini illudunt tuo ?

Te

Te 21 quisquis odit non ego odi? non tuos
Hostes habebam pro hostibus?
Odi 22 profecto nec tuis ex hostibus
Amicus est quisquam mihi.
Revolve 23 mentis intimos sinus Deus,
Latebrasque nostri pectoris,
Nisi hic amore viderit tui, nisi
Animum obsequi nunquam pigrum.
Si 24 par scelestis scelere sum, vitæ parem
Da cum scælestis exitum.

PSAL. CXL. Eripe me Domine, &c.

David ab hominibus maledicis fraudulentis & nefariis divexatus, Dei patrocinium invocat, atque impiis pœnas, ita piis felicia quæque prædicit, idque non frustra a se fieri, certâ cum fiduciâ statuit.

Carm. genus vi.

AEterne 2 rerum conditor, à malæ
Linguæ veneno me bonus asserc,
Meamque perjuri tuere
Hostis ab insidiis salutem,
Qui 3 fraude tectâ bella nefaria
Ciet, 4 nec atris mitior anguibus
Vibratque linguam virulentam, &
Ore vomit rabido venenum.
Averte 5 fraudem, & me violentiæ
Hostis scelesti subtrahe. 6 qui mea
Vestigia observat, scrobesque
Objiciens, laqueosque tendens.
A 7 tu, salutis præsidium meæ,
Audi precantem, 8 tu Dominus mihi
Deusque, tu me liberasti

Incolumem

Incolumen crepero è duello.
Idem 9 impiorum nunc bonis irrita
Fac vota sævam frange superbiam,
Virusque 12 linguæ pestilentis
In Domini exitium refunde.
Judæa 11 cœlo flammeo perfidos
Procella furdat præcipiti fugâ,
Cæcosque propellat profundas
Per ætui imbara bri tenebras:
12 Linguæ *a* loquacis perfida vanitas
Nusquam quietos deget in otio:
Sed impio dignum patratis
Exitium domino parabit.
At 13 impiorum à vi dominus suos
Et fraude vindex asseret, 14 ut pii
Numen Dei præsens potensque
Perpetuo celebrent honore,

PSAL. CXLI. Domine clamavi, &c.

Orat, ut a Deo in lubrico hujus vitæ viis regatur & juvetur, ne in potentum gratiam aliquid impie vel dicat vel faciat, sed potius amet conversationem hominum aperte veracium & piorum. Orat etiam, ut conatus impiorum dolosi vel reprimantur, vel in caput auctorum redundent.

Carmen genus iii.

AUrem 1 vocanti da parens properè, meas
Audi preces salutifer.
Quum 2 verba fundo tristis, & puras manus
Attollo: sic preces meas
Manusque puras respice, ac si thureo
a Odore manè te colam;
Ac si colam te victimâ & *b* libamine

Sero

Sero rubente vespere.
Fræno 3 coerce linguam ad oris Januam
Hæc excubet custodia:
Fac 4 mens loquatur recta; fac in lubricam
Ne flectat errorîs viam,
Fac ne scelesto gaudeat cœtu, neque
Mensa fruatur impia:
Me 5 malo justus increpet, me verberet,
Quàm palpet impius, comam
Quam rore nardi spargat. 6 impii, precor,
Et impiorum præsides,
De rupe saltæ quum ruent specula sui
Supplicia sceleris ut luant.
Tum subeat animum conscium, *d* salubriter
Quos me monentem spreverint,
Sic 7 mortis horror ossium compagines
Mihi laxat, ut cæsa jaceat
Fagi per arva fissa cuneis fragmina.
Tu 8 sancte rector cælitum,
Spes una nobis es salutis, unicum
Agnoscimus te vindicem.
Vitam 9 tuere ab impiorum cassibus,
A fraude quam struunt mihi,
Compos 10 salutis impios fac in sua
Cernam ruentes retia.

PSAL. CXLII. Voce mea ad Dominum, &c.

Exponit hic David, quodnam in summis suis angustiis & erumnis, cum omni humano auxilio destitueretur habuerit confugium, nimirum unum & solum Deum, cujus fidem in præsentia quæque invocat, eandemque se cum tota Eccl. sid celebraturam esse promittit.

Cum

Carm genus xxvii.

INvoco 2 supplex Dominum, manusque
Tendo ad sidera supplices.
Mentis 3 huic pando lacrymas, querelis
Imploro miseris, opem.
Pectus 4 afflictum dolor obruebat
Quamvis rex bone cælitum
Puritervitæ mihi tu peractæ
Esses arbiter optimus.
Quum domo gressum tamen efferebam,
Tendebant mihi retia.
Nec 5 mihi notus, nec amicus usquam,
Quoquo lumina verteram.
Exitus nusquam, fuga nulla, nemo
Qui me sospite plauderet.
Ergo, 6 te, rerum pater, invocavi,
Unum præsidium in malis:
Tu mea vires, mea spes, opesque,
Dum 4 sedes hominum colo.
Da 7 meis aurem facilem querelis
Fracti cladibus ultimis.
Assere à sævi manibus tyranni,
Qui me fortior opprimit.
Carceris 8 vitam rape de tenebris,
Ut te laudibus efferam:
Tequeiconventus celebret piorum,
Promtum ferre piis opem.

PSAL. CXLIII. Domine exaudi, &c.

Septimus hic & ultimus est pœnitentialis, quo David, servus Domini, secundum cor ipsius, ingenue confitetur, neminem hominum, etiam innocentissime viventium, esse,

qui ad Dei tribunal consistere, & justo Dei judicio absolvi possit. Idque ad unicam solum Dei misericordiam gratuito peccatis ignoscentem, magno cum ardore & desiderio confugit, seque a Deo in suis angustiis recreari, docere & regi petit.

Carmen genus xv.

AUdi 1 vocantem rebus in asperis,
Et lenis aurem da precibus meis,
Rerum creator: quaque soles fide
Et æquitate ex hostibus eripe.
Juris 2 severi ne trutinâ meam
Expende vel tam: nemo hominum innocens
Sic esti, tri unal possit ut ad tuum
Se profiteri crimine liberum.
En 3 hostis atrox imminet, & premit
Stratum: tenebris tristibus abditus,
Et a lucis exsors dego, velut specu
Quos in sepulcri mors fera condidit.
Mens 4 pænè curis obruta volvere
Priora cœpit tempora, 5 quum patres,
Spes quos fovebat præsidii tui,
De fauce lethi sæpe revellerès.
Hæc 6 recreatus rursus imagine,
Imploro supplex auxilium tuum.
Intenta mens te respicit, arida
Tellus ut imbres sub *b* cane torrido.
Non 7 lentus audi: nam mihi spiritus
Vix fessa pulsat pectora, si tui
Avertis oris lumen amabile.
Mors atra siccis faucibus imminet.
Spe 8 mens labores auxilii tui
Fert spectat unum te, pater optime.
Audi precantem lenis, & exitum
Jam jam obruturis pande periculis.

Ab

Ab hoste fa vo protege me, mea,
Custos salutis, prava repelliere
Mentem manumque & recta capessere
Doce, unice mi te qui veneror Deum.
Arcana ro sac vis numinis ut tui
Per plana gressum dirigat, ut tua
Mandata sector, neu malè credulum
Error malorum vertat in orbitam.
Ut tu nulla tuum non celebrat tuum
Et æquitatem natio, recrea
Me destitutum præsidio, & malis
Hostis sceleste libera ab artibus,
Favoris ro umbrâ me solitâ tege,
Et qui me acerbis usque doloribus
Affligit, hostem perde nefarium,
Servumque serva perpetuo tuum,

PSAL. CXLIV. Benedictus Dominus, &c.

Confitetur hic David fortitudinem suam bellicam, victorias, regnum & felices in regno successus, solius Dei munus esse. Pro iis igitur Deo gratias agit, ejusdemque deinceps quique patrocinium contra hostes suos expetit: ut ita in pace & tranquilitate publica, omnium rerum sit abundantia: in qua quidem partem aliquam felicitatis consistere non negat: sed beatitudinem longe potiorem esse Dei propitii amorem & paternam benevolentiam, idem asseverat.

Carm. genus xiii.

Quo te rex hominum carmine prosequar?
Qui firmas animum robore, qui manum
Et bellare doces, & dubii regis
Per discrimina prælii.
Quid 2 vivo & valeo, tutus & hostium

A fraude, eximiâ fulgeo gloriâ:
Quod late validis imperi gentibus,
Totum muneris id tui est,
O 3 rerum genitor, quantulus est homo,
Hac quem prosequeris munificentia,
Et curas patria sollicitudine!
Figmentum 4 fragilis luti,
Quo nec bulla levis vanior est, neque
Quæ mentis agitant somnia turbidas.
Nec fenum fugiens umbra crepusculum,
Nec fumi volucris vapor.
Cæli 5 pande fores, rex bone cælitum,
Ac de sidereis labere sedibus:
Montes nube operi: 6 perfulgidi acris
Campos fulgura trajice.
Turbatos trepida sparge fuga impios,
Et sparsos a jaculis perde sequacibus:
Arrectaque 7 manu me, pater optime,
Sævis eripe fluctibus.
Hostis 8 pellema amvmbonus impii;
Linguæ vaniloquæ reprime toxica:
Assuetæque polis pestiferis manus
Vires contere viribus;
Ut 9 te nostra novo carmine barbitos
Dicat 10 subsidio qui recreas tuo
Reges, qui gravibus sæpe periculis

Carm. genus xxx.

Discantus.



Te regem D minumque canam, dum lucida volvet
Vitam

Vitam Davidis eripis.
Hostis ut pelle malam vim procul impii:
Linguæ vaniloquæ reprime toxica
Assuetæque dolis pestiferis manus
Vires contere viribus.
Natorum 12 soboles crescat, ut ubere
Surgit silva sole laurea, virgines
Cultu sic niteant, ut *b* laqueatibus
Templorum *c* tholus *d* aurei,
Stipentur 13 gravidis horrea frugibus
Pleno cuncta penu copia suggerat,
Fœcundi pecoris non capiant greges
Latis pascua saltibus.
Pingue, 14 plaustra boves & nitidi trahant:
Nec tristi resonent compita classico,
Nec fletu plateæ: nec furor hosticus
Clausis affremat oppidis,
Felicem 15 populum inter bona talia
Qui vitam in tacito transigit otio.
Felicem populum ter quater, omnium
Cui rerum pater est Deus.

PSAL. CXLV. Exaltabo te Deus, &c:

Psalmus hic verbis & sententiis splendidissimis paternam Dei misericordiam, beneficentiam, sapientiam, & opulentiam, toto terrarum orbe conspicuam, celebrat, proque ea maxima Deo gratias agit, & omnes ad id ipsum perpetuo faciendum cohortatur.

Tenor.



Te regem Dominumque canam, dum lucida volvet



Alius.



Luce 2 canam te, nocte canam te: nulla carebit
Laudibus hora tuis,
Rerum creator & salus.
Magne 3 parens, rudo cui clausa potentia fine est
Sæcula 4 cuncta tuis
Laudes sonabunt: & 5 patres
Longævi tua facta canent, seræque nepotum
Per seriem soboli
Prodent: nec ætas gloriam
Nesciet ulla tuam 6 mirandaque facta decusque
Ille memor referet:
Hic 7 magnitudinem canet.
Ille bonum feret & justum, & placabilis iræ,

Et



Lucidus aſtra polus,

Baſſus.



Te ſenex Dea ioumque canam, dum lucida volvet



Lucidus aſtra polus,



Et unicum colam Deum,



Et unicum colam Deum.

Et veniæ facilem, &
Larga benignum dextra.
Torque 9 inter decora & laudum præconia nullo
Emoritura die,
Nil clarius clementia.
Ergo 10 parens rerum ſtellantes machina cœli
Cuncta ſuo gremio
Complexa præſicat tuum
Robur: 11 & intacti ſcelerum a contage nefandi
Te celebrent alteres,
Tuique veres imperi
Per 12 populos latè vulgantine neſcia ſceptri
Terra ſit ullatui,

Et gloriæ & potentiæ.
Imperium 13 sine fine tibi nec legibus ævi
Subdita sceptra tenes,
Aut clausa metis temporum:
Tu 14 lapsos rursum attollis, firmasque labantes
Incolumesque foves
Vitæ beatæ commodis.
Te 15 volucrum pecudumque genus, te sævæ ferarum
Sæcula respiciunt
Unum suoque tempore
Accipiunt victum 16 tu dextram pandis & omne
De locuplete penu
Animal benigne recreas
Quicquid 17 agis, justeque & sancte agis: 18 impiger
Supplicibus facilem
Præbes 19 opisque compotes
Dimittis, puro quipectore cunque precantur,
Auxilioque piis
Præsens es, & periculis
Eruis 20 eunctis, qui te venerantur amantque:
Cumque suo scelere
A stirpe vellis impios.
Ergo 21 omnes te jure canent, nomenque tacebit
Natio nulla tuum
In sæculorum sæcula.

Gaum.

PSAL. CXLVI. *Lauda anima mea, &c.*

Docet, omnem fiduciam salutis non in principibus & præsidiis humanis, sed in solo Deo ponendam esse: qui sit omnipotens, justus, verax, æternus; & in primis benefaciat humilibus ab omnibus neglectis & contemptis.

Carm. genus I

TE 1 magne rerum conditor, & tuas
Sonabo laudes, 2 factaque posteris
Miranda prodam, dum recurret
Per calidos mihi sanguis artus.
Securitatem 3 ne stabilem tibi
Promitte regum præsidio, neque.
De stirpe mortali & caducâ
Pone tibi columen, salutis.
Ut 4 membra liquit spiritus, in suam
Terrena moles terram abit; & diu
Consulta vanescunt, & auras
Irrita per vacuas feruntur.
O 5 ter beatum quem Deus ætheris
Fido tuetur præsidio, suas
Qui spes opesque omnes in uno
Constituit Domino Deoque.
Qui 6 terram & æquor condidit & polum,
Et quicquid æquor terraque continet,
Polusque, qui promissa præstat
Perpetuo stabilis tenore:
Qui 7 nec tyranni vi sinit op primi
Infirmiorem, aut æ esurie premi,
Qui carcerum exemtos tenebris
Compedibus lev at innocentes:
Qui 8 nocte pulsa luminis aurei
Cæcis refundit lum'nibus jubar:
Gressusque firmat claudican tes:
Justitiamque amat æquus æquam:
Curâ 9 fideli qui fovet advenam,
Orbæ marito qui vidue favet,
Orbos puellos qui tuetur,
Et sceler um labefactat artes,

Rex Io ergo habenas imperii tuus
Sion tenebit, sidera dum polum
Pingent, & obliquum per orbem
Sol rutilos agitabit axes,

PSAL. CXLVII. Laudate Dominum, &c.

Enumeratio est multiplicium Dei beneficiorum, tam præsentium quam æternorum: quorum consideratione ac curata impulsos omnes pios, perpetuis Deum laudibus celebrare jubet.

Carm. genus ii.

EIa 1 Deum laudate Deo date carmina digna,
Certe ei tu lito dignus ille est carmine,
Qui 2 Solymam instaurat rursus, passimque per orbem
Sparsos reducit exules Abrámidas,
Qui 3 fractos animi levat, & corda anxia lenit,
Mulcet dolores, mitigatque vulnera,
Qui 4 numerat tacito labentia sidera mundo,
Suisque quæque nuncupat vocabulis.
Magna 5 Dei virtus immensa potentia, nulla
Quam lingua fari possit, aut mens cogitet.
Qui 6 mites ingenium fovet, allevat, auget honore,
Hunc inque iterum impiam superbiam.
Hic 7 Deum canite, Deo persolvite grates,
Grato benignum canite patrem barbito,
Qui 8 cælum obnubit tenebris terram rigat imbre,
Mentesque læto vestit altos gramine,
Qui 9 pecudum genti larga dat pabula dextra,
Corvoque victum sero canti sufficit,
Quem 10 neque magnanimum delectat pábur equorum
Nec vis feroc s aut lacertus strictis,
Sed 11 pietas animi simplex, & in illius una
Qui spem salutis collocet clementia,

Ea,

Ei 12 Dei laudes Solymæ pangite cuncti:
Benignitatem mons Sionis prædica:
Qui 13 portarum ad tuas claustris firmavit ahenis
Civesque cunctos commodus auxit tuos.
Qui 14 te pace beat læta & defendit ab hoste:
Et messe flavâ tritici campos tegit:
Cujus 15 ad imperium fundit sua munera tellus:
Natura ejus prompta paret jussibus.
Qui 16 nivibus celsos operit, ceu vellere, montes:
Densa pruinas cineris justat dejicit,
17 Et e glacie lapsus solidarum frænat aquarum,
Cujus eige rem quis ferret mortalium?
Quum 18 libuit molles glacies tabescet in undas,
Adspirat aura mitior, rivi fluunt:
Ostenditque 19 suam per signa illustria mentem.
Legesque Abrami tradidit nepotibus.
Non 20 ita se populis aliis monstravit amicam,
Qui sc ta legum nesciunt cælestium.

PSAL. CXLVIII. Laudate Dominum, &c.

Totam rerum universitatem, inque eo omnes res tam cælestes quam terrestres, tam animatas quam inanimes, compellat hic Psalmus, invitatque ades, ut creatoris & conservatoris sui sapientiam, & benignitatem perpetuo prædicent.

Carm. genus x.

Laudate 1 Dominum cælitum
Chori beati qui procul
Contagia mortalium
Templa ætheris tuemini.
Laudate 2 Dominum, quos sibi
Adesse jussit angelos:
Laudate Dominum, exercitus

Patere

Parere promti jussibus.
Laudate 3 Dominum, qui diem
Sol luna noctem illuminas,
Laudate Dominum lucidi
Stellæ decoræ flammulis.
Laudate 4 eum a rotatiles
Tot orbium compagines,
Et unda longe celsior
Campis nitentis æteris
Huic 5 cuncta laudes dicite,
Numenque cuncta pangite,
Quod cuncta nutu condidit,
Et cuncta nutu sustinet,
Finxitque 6 firmo cardine,
Ne vi senectæ corruant,
Certisque vinxit legibus,
Quas transgredi nonaudeant.
Laudate 7 Dominum sub specus
Terræ dracones abditi,
Et o vasta cete qui sinus
Pontis repostos finditis.
Ignes, 8 nives, & grandines,
Vapor que & auræ spiritus,
Ad jussa Domini mobiles
Circum rotantes turbines,
Colles 9 feraces & feri
Montes, & omnes arbores,
Seu montibus rigescitis,
Seu cultibus mansuescitis:
Mites 10 feræque bestiæ,
Humique lente reptiles,
Et quæ liquentes aeris
Campos volando carpitis.
Regesque & orbis præsides,
Et nationes liberæ,

Et

Et pauperi, plebeculæ
Quijus ab alto dicitis
Et 12 vos juventa florea,
Lati puelli & virgines,
Seneſque vitæ in ultimo
Iam jam exituri limine.
Laudate 13 Dominum : numini
Sit ejus uni gloria.
Unumque noſcat omnium
Cœlum ſolumque principem.
Hunc 14 omne in ævum laudibus
Propago tollat Iſaci :
Sibi dicatam quibonis
Gentem beavit omnibus.

PSAL. CXLIX. *Cantate Domino, &c.*

Hic quoque Pſalmus excitat Hebræos, ut Deum ſuum propriſtitis beneficiis & victis hoſtibus celebrent, pluresque his victorias & triumphos pollicetur.

Carm. genus X.

CAntate Domino canticum
Novum ſonet laus ejus
Cœtus per omnes, qui ſacris
Non ſe profanis polluunt.
Oblectet 1 Iſaci genus
Auctore ſe ſuo, ſuo
Regi a Sionis arduæ
Congratulenter filiæ :
Nomen 3 celebrent illius
Lætis chorois & tympanis 3
Ejuſque laudes accinant
Blande canoro b pectine.

Gentem

Gentem 4 bonus parens suam
Amore sancto amplectitur,
Mitemque mansuetudinem
Firmat salutem immobili:
Cœtus 5 piorum ut gestiens
Foris paratu splendido,
Domique secum clanculum
Lætentur in cubilibus.
In 6 ore rerum præsidis
Laus continenter personet:
Utrinque acuti in dexteris
Vibrenter enses vindices:
In 7 ferarum ut gentium
Crudelitatem vindicent,
Et in futurum iras minas,
Superbiamque comprimant:
Reges 8 suorum ut hostium
Arctis catenis alligent;
Et ferreis coerceant
Vinclis feroces principes:
Pœnas 9 secundum cælitus
Præscripta ab iis ut exigant,
Et laus piorum pervolet,
Omnes per orbis cardines.

PSAL. CL. Laudate Dominum in, &c.

Ultimus etiam Psalmus omnes creaturas & voce & instrumentis musicis, Dei potentiam, fortitudinem & majestatem prædicare jubet.

Carm. genus X.

LAudate Dominum, lucidum
Templum colentem sidera,

Qui

Qui vi ſuæ potentiæ
Firmavit orbis cardines.
Laudate 2 Dominum fortiter
Ubique geſtis inclytum:
Laudate magnitudinem
Captum ſupra mortalium,
Laudate 3 Dominum bellicæ
Claris tubæ clangoribus:
Laudate Dominum 4 nablis,
Lyriſque blande garrulis.
Laudate 4 Dominum tympanis,
Chorjque feſti cantibus:
Laudate Dominum fidibus, &
5 Sonore dulci tibiæ.
Laudate 5 eum tinnitibus
Lætis canori cymbali.
Hunc 6 cuncta laudent, quæ trahent
Vitalis auræ ſpiritum.

EIVSDEM.

EIUSDEM
GEORGII BUCHANANI
HYMNUS MATUTINUS
AD CHRISTUM.

PRoles 1 parentis optimi,
Et per parenti maximo,
De luce verâ verâ lux
Verusque de Deo Deus:
En 2 nox recessit, jam nitet
Aurora luce prævia
Cælum solumque purpurans,
Et clausa tenebris detegens
Sed 3 fuscat ignorantiæ
Caligo nostra pectora,
Et nubilis erroribus
Mens pæne cedit obruta.
Exsurge 4 sol purissime,
Diemque da mundo suum:
Nostramque nostem illuminans
Erroris umbram dissolve.
Dissolve 5 frigus horridum,
Avumque nostri pectoris
Calore lampadis tuæ.
Humore purga noxio:
Ut 6 irrigetur cælitus
Roris beati nectare,
Et centuplo cum fœnore
Cœleste semen proferat.

CARMI-

CARMINUM GENERA

QUIBUS IN HOC OPERE POETA USUS EST

I. Genus monocolon. Versus heroici hexametri hoc modo:

--∪∪--∪∪-

Eo utitur Psal. 1. 18. 45. 85 78. 89 104 107. 132. 135.

II Dicolon distrophon. Versus prior hexameter heroicus. Alter, jambicus trimeter acatalectus, ad exemplum Horat. lib. 5. ode 16 hoc modo:

-- ∪∪--∪∪-

∪.∪∪∪--∪-∪ ∪∪

Eo utitur Psal 2. 20. 24, 57 60. 69. 83. 93. 95. 87. 108 109. 118. 126. 136. 147,

III. Dicolon distrophon. Versus unus. jambicus, trimeter acatalectus alter dimeter acatalectus, ut Horat lib. 5. ode 1. hoc modo:

-∪∪∪-∪-∪-∪-∪

Eo utitur Psal. 3. 6. 10. 21, 22. 27. 34. 38, 39. 41. 44. 48 53. 62. 74. 78. 79 87. 92 110. 112. 115. 120. 127. 133 134. 139. 141.

IV. Dicolon distrophon. Versus primus, Heroicus, Secundus, Alcmanius dactylicus tetrameter: acatalectus, ut Horat 1. Carm. 7. hoc modo:

--∪∪ ∪∪-∪-∪∪

--∪∪-∪∪

Eo

Eo utitur Pſal. 4. 111.

V. Dicolon tetraſtrophon. Verſus primus, ſecundus, tertius, Sapphicus hendecaſyllabus, Quart. 8, Adonius, ut Horat. 1 Carm. 2. hoc modo:

Eo utitur Pſal 5 17 51. 55, 65 67, 72, 90, 101, 103

VI Tricolon tetraſtrophon. Verſus 1. & 2 dactylicus Alcaicus acatalectus; Tertius jambicus, Archilochius dimeter hypercatalect. 4. dactylicus Alcaicus acatalect. ut Horat, 19 hoc modo:



Eo utitur Pſal. 7, 11, 15, 19, 30, 46, 50, 56, 58, 77, 82, 91, 123, 125, 140. 146.

VII. Dicolon diſtrophon. Verſus primus, Sapphicus, 2. iambicus dimeter acatalectus, hoc modo:

Eo utitur Pſal. 8.

VIII. Tricolon tetraſtrophon. Verſus 1, & 2, choriambicus Aſclepiadeus terrameter; 3. Pherecratius heroicus trimeter acatalectus; 4. choriambicus Glyconius trimeter acatalectus, ut Horat 1, Carm. 5 hoc modo:

Eo utitur Pſal. 9, 64, 84, 139.

IX. Dicolon diſtrophon. Verſus primus, Heroicus Secundus, dactylicus Archilonius dimeter hypercatalectus, ut Horat 4 Carm. 7. hoc modo:



-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑-

-⏑⏑-⏑⏑-

Eo utitur Pſal. 12.

X. Monocolon. Verſus jambicus dimeter acatalectus, ut Prudentius Cathem. hoc modo,

-⏑-⏑-

Eo utitur Pſal. 1, 31. 37, 47, 52, 54, 59, 86, 96, 98, 17, 142, 149, 150.

XI. Dicolon diſtrophor. Verſus 1. choriambic. dimeter Glyconius: Secundus, choriambicus Aſclepiadius: ut Horat. 1. Carm. 3. hoc modo:

-⏑⏑-⏑-⏑

-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑

Eo utitur Pſal. 14 35, 43

XII. Tricolon triſtrophon, Verſus primus, choriambicus trimeter, 2 tetrameter: 3 pentameter, ut Prudentius prologo Cathem hoc modo:

-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑

-⏑-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑

---⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑

Eo utitur Pſal. 16.

XIII, dicolon tetraſtrophon, Verſus 1, 2, 3. choriambicus tetrameter quartus, choriambicus trimeter, ut Horat. I. Carm. 6. hoc modo:

-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑

-⏑⏑⏑-⏑⏑

Eo utitur Pſal. 23. 42. 75. 99, 102. 144.

XIV. Monocolon. Verſus jambicus trimiter, acatal. ut Horat. lib. 5. Carm. ode 17 hoc modo:

-⏑-⏑-⏑-⏑-⏑

Eo utitur Pſal. 25, 94. 106.

XV. Monocolon. Verſus dactylicus Alcaicus acatalectus hoc modo:

-⏑-⏑⏑-⏑⏑

Eo

Eo utitur Pſal 26. 29. 32 49 61, 71. 73. 143

XVI Monocolon. Verſus choriambicus aſclepiadeus tetrameter. ut Horat, 1 Carm, 1 hoc modo:

- -UU-UU--UU

Eo utitur Pſal. 28. 40. 80,

XVII. Dicolon Diſtrophon. Verſus primus Sapphicus 2. Choriambicus trimeter hoc modo:

-U -UU-U-U

- UU-UU

Eo utitur Pſal. 33 70. 121. 142,

XVIII. Dicolon diſtrophon. Verſus 1. jambic. trimeter. 2, pentameter dactylicus hoc modo:

-U-U--UUU-U-

- UU--UU--UU-

Eo utitur Pſal. 36, 63.

XIX. Dicolon diſtrophon, Verſus, primus, & ſecundus trochaicus dimeter acatalectus Tertius, trochaicus catalectus, hoc modo:

-U.U -

-U.U-U-U

-UUU-U-

Eo utitur Pſal. 66.

XX. Dicolon diſtrophon. Verſus prior, heroicus dactylicus: ſecundus, anapæſticus dimiter catalecticus hoc modo:

--UU-UU

- UU UU-UU--

Eo utitur Pſal. 68.

XXI Dicolon diſtrophon. Verſus prior heroicus hexameter. Poſterior jambicus dimeter, ut Horat lib. 5. Carm. ode 14. hoc modo:

--UUUU-UU -

--U-U-

Eo utitur Pſal, 81.

XXII Dicolon diſtrophon. Verſus prior. dactylicus hexameter

hexameter. Alter, pentameter, hoc modo, omnibus notis;



Eo utitur Pſal. 88. 114. 137.

XXIII. Dicolon diſtrophon. Verſus primus, trochaicus dimeter catalectus, Secundus, jambicus dimeter acatalectus, hoc modo:



Eo utitur Pſal. 100

XXIV. Dicolon diſtrophon. Verſus 1. Troch. dim. Acat. alter. Troch. dim. catal. hoc modo:



Eo utitur Pſal. 105, 119. 124. 129.

XXV. Monocolon. Verſus anapæſticus Pindaricus dimeter acatal. ut Boeth. 15 hoc modo:



Eo utitur Pſal. 113.

XXVI. Dicolon tetraſtrophon. Verſus, 1. 2. 3 choriambicus trimeter, quartus, dactylicus Pherecratius hoc modo:



Eo utitur Pſal. 116. 122. 128.

XXVII Monocolon. Verſus trochaicus octonarius catalecticus, qualis eſt Prudent. Cath. 9. hoc modo;



Eo utitur Pſal, 119. 124.

XXVIII. Monocolon. Verſus jambicus Anacreontius dimeter catalect. ut Boeth. 3. 7. hoc modo;



XXIX.

XXIX. Tricolon triſtrophon. Verſus 1. heroicus. Secundus, jambicus dimeter, 3. dactyl. Archilochius dimeter, hypercatal. hoc modo:



Eo utitur Pſal. 138.

XXX. Tricolon tr ſtrophon. Verſus iidem, qui modo, niſi quod ſecundus in locum tertii migrârit, hoc modo:



Eo utitur Pſal. 145.

TYPO

TYPOGRAPHUS

Lectori S.

VEnimus beneficio divino, Lector, ad ſtationem; iter non illud quidem uſque adeo periculoſum, ſolli ite tamen emenſi. Quare quod viatores faciunt, curſu peracto hoc illud luſtrãtes oculis, corpore tamen quieto; ſuper eſſe nobis quoque video. Nam cum Flacco noſtro latiſſimos variorum metrorum campos Muſæ ſuæ ſanctiſſimæ aperuerint, cujates illi ſint, cognoſcere jam licebit: quam eſſe ſi putaveris moleſtiam aliquã ei quod novarum melodiarum huic libello convenientium medebuntur embammata. Separavimus autem has ab alteris Collectaneorum libello contentis, minus pium rati, quicquam commune ſacris miſcere. Habebis vero illic Odis Horatianis, quarum ſtructurâ noſter non ſit uſus convenientes harmonias. Tu his noſtra qualicunque opera, ſtudio certe pio tibi oblatis fruere, & ſicubi erravimus, cujus partem, ut ſperamus, multò maximam noſtro ipſorum indicio vides, candidus emenda.

Carm.

Carm. genus I

Discantus.



Altus.



Tenor.

Baſſus.



Cant. genus II.

Discantus.



Altus.



Quid

Tenor.



Baſſus.



Carm genus v.

Diſcantus.



Altus



Tenor

Tenor.



Baſſus



Carmis genus 11.

Diſcantus.



Altus.



Tenor

Tenor.



Bassus



Carm. genus xvii.

Discantus.



Altus.



Tenor

Tenor



Bassus



MARGARITÆ HENRICI GALLORUM REGIS SOROR I.

M. ANTONIUS FLAMINIUS.

Cùm Petrus Carnesecus, lectissimus & ornatissimus vir, de tua singulari erga Deum pietate, & assiduo literarum studio, ad me multa scripsisset, hortatusque esset, ut si quid novi elucubratus essem, id ad te mitterem, quod tibi scriptorum meorum lectionem non injucundam esse solere affirmaret; hoc tam præclaro de te testimonio commotus & cum hominis amicissimi autoritate adductus, tum humanitate tua fretus, Carmina, quæ de rebus divinis proxime composui, ad te mittere non sum veritus. In his ego a meo veteri instituto discessi. Davidem enim, & ejus similes poetas imitari malui, quam Horatium, vel Catullum: propterea quod in scriptione rerum divinarum, ut mundiriam Latini sermonis & elegantiam ad hibendam esse non rego: sic omnem orationis pompam & fucum, & calamistros removendos censeo. Itaque in C. Lucilius poeta parentiquus dicere, solebat se non Persio scribere, sed Siculis & Tarentinis: sic ego quicunque de rebus divinis scripsero, eo solum religiosis, & literarum divinarum amatoribus me scripturum profiteor: quibus sine dubio longe gratius, faciam si stylum ita temperavero, quam si orationem finco & pigmentu illinam. Tu vero margarita, religionis specimen clarissimum, hoc ab homine tibi deditissimo opusculum, quale idcunque est, habeto: quod si non ingratum tibi fuisse audiam, & ex hoc molesto & tanæ morbo, quo jam multos menses conflictor, Dei benignitate convaluero, alia a me posthac hujus generis munera exspectato. Vale,

M. AN.

M. ANTONII FLAMINII DE REBUS DIVINIS CARMINA

Precatio Matutina

IAm noctis umbras Lucifer,
Alme diei nuncius,
Terra poloque dimovet,
Simulque nos cubilibus
Monet relictis pectore
Preces ab imo fundere
Ad templa summa cœlitum.
Oremus ergo supplices
Patrem perennem luminum,
Ut sicut omnes aeris
Illustrat oras, vivido
Sic nostra corda repleat
Fulgore sancti Spiritus,
Qui nos per hæc contagia
Puros ab omni crimine,
Traducat ad cœlestium
Sedes beatas: illius
Nutu gerantur omnia.
Cibumque sive sumimus,
Seu quid negotii foris
Tractamus, aut domi, in cima

Seu

Seu mente quid revolvimus,
Id omne semper gloriam
Spectet beati numinis.
Rector supreme cœlitum,
Quæ mente tota poscimus,
Hæc omnibus concedito,
Qui corde puro te colunt,
Et unicum natum tuum,
Cum sempiterno Spiritu.

Precatio meridiana

IAm Sol citato fidere
Suprema cæli culmina
Percurrit, alma fervidis
Tellus calescit ignibus,
Ar tu beato lumine
Accende corda frigida
Pater benigne: in omnibus
Tantos piorum sensibus
Ignes amores excita:
Et quicquid orbis continet,
Præ te sit illis sordidum:
Nec ulla vis hunc fervidum
Amoris æstum temperet:
Sed usque crescens omnia
Convexa cœli transvolet,
Summoque Patri vinculo
Nos jungat insolubili.
Has nos ab imo pectore
Precationes mittimus,
Terræ polique conditor:
Tuas ad aures, maxime
Tu vota nostra numine
Dextro secunda idque ad tuam
Concede nobis gloriam,

Pre..th

Precatio vespertina.

JAm vesper ortus incipit
Diem tenebris condere
Ad nos parentem luminis
Sancti precemur, ne sinat
Noctem suorum mentibus
Calliginosam irrepere:
Sed dulcis alma recreat
Sopor quietę, languida
Seu liquit ille lumina,
Nunquam recedat à piis
Lux sempiterna cordibus
Vt semper indies magis
Magisque detur maximi
Benignitatem numinis
Videre mente lucida:
Et hinc amoris optimi
Ardere semper ignibus.
Supreme cœlitum pater,
Votis tuorum supplicum
Aures benignas admove:
Ut sensa cordis omnia,
Et dicta factaque ad tuam
Sic dirigamus gloriam.

Opem Christi in magna animi ægritudine constitutus implorat.

JEsu benigne, fervidas
Precationes, & mea
Ne quæso vota despice.
Ut terra, solis ignibus
Hiulca, sic animus meus
Afflictus, æger, aridus,

Dulcissimum

Dulciſſimum rorem tuum
Expectat ô ſalus mea,
Refrigera mentem meam:
Meus, dolores, lacrymas
Muta perenni gaudio;
Ut hæ quæ elæ flebiles
Mutentur in laudes tuas,
Et vox canentis gratiis
Noctes dieſque perſonet.
Ne quæſo more judicis,
Quid egerim, quid dixerim,
Quid cogitarim, pondera:
Peccata ſed mea omnia
Tuo cruore delea.
Me vulnerum ſancti dolor
Tuorum, amara mors tua
Cordi meo dulcedinem
Inſtiller, ut meam crucem
Et fortis & libens feram.

Quam ſint beati, qui ſumptâ ſuâ cruce Chriſtum ſequuntur.

Beatus ille, qui ſuam
Tollit crucem quotidie,
Magniſque Ieſum paſſibus
Sectatur, illum maximus
Cœleſtium pater ſibi
Adoptat ultro filium:
Eique donat Spiritum
Peccata delentem omnia,
Hæreditatis inclytæ
Pignus beatum, is intimo
In corde miros excitat
Patris amores optimi.
Hinc ille temnens omnia,

Quicunque tellus & maris
Arena dives continet,
Lætatur unico Deo.
Hinc spem, salutem, gloriã
Suam, suumque gaudium,
Patrem, magistrum nominat
Latusque semper dexterum
Sibi regentem conspicit:
Per hujus ut vitæ vias
Formidolosas ambulet
Securus, & cari patris
Benignitatem sentiat.
Ergo nec illum territat
Humana vis, nec inferũ
Furor tremendus maximis
Periculorum casibus.
Ut dura cupis turgidi
Tunsa procellis Adriæ
Immobilis semper manet,
Nec cessat ullo tempore
Hostes amicos patriam
Iuvare, negligens sui,
Sic ille vitam cœlitum
Colens perenni gaudio
Triumphat: impius licet
Terræ marisque sit potens,
Pulchrũque nomen occupet
Fœlicis, est semper miser.

Comparat animum suum flori.

UT flos tenellus in sinu
Telluris almæ lucidam
Formosas explicat comam,
Si ros & imber educat,
Illum: tenella mens mea

Sic

Sic floret, almi ſpiritus
Dum rore dulci paſcitur.
Hoc illa ſi caret, ſtatim
Langueſcit: ut flos arida
Tellure natus, cum niſi
Et ros & imber educat.

Eos tantùm beatos eſſe aſſimat, qui cæteris omnibus relictis, Chriſto adhærent.

QUouſque vana ſomnia,
Falſaſque rerum imagines
O cæci amare pergitis?
Non forma vincens Nirea,
Non dives uſus purpuræ,
Non mens peragrans ſidera,
Camposque latos aeris,
Mariſque terraſque infimas,
Reddunt beatos. Unica
Felicitatis eſt via
Ieſus benignus, omnium
Dator bonorum currite
Omnes ad illum, currite
Fidenter ille deſerens
Amore noſtri cælitum
Sedes beatas, pertulit
Famem, ſitimque & vulnera,
Mortemque diram, neminem
Paſtidit ille: perditos.
Ægros: malorum pondere
Preſſos juvare diligit.
Non ſic & optimum & unicum
Amant parentes filium,
Ut ille nos. ô centies
Beatus ille, maxime
Ieſu, relictis omnibus,

Qui

Qui mente tota se tibi
Io servitutem dedicat

Prædicat beneficia a Christo in se & cæteros mortales collata.

IEsu beate, numinis
Æterna proles maximi,
Quibus tuam clementiam
Effe're possim laudibus?
Tu pulchra l nquens sidera,
Formata dextera tua,
Mortale corpus induis:
Ut ipse terram deserens,
Suprema cœli culmina
Conscendam aceroa vulnera
Crucisque dira sustines
Tormenta, ut ipse callidi
Serpentis ore saucius,
Mortisque certus, gaudeam
Vita potitus cœlitum,
Tuoque factus munere
Tuus cohæres. Fac precor
Jesu, benigne, cogitem
Hæc semper, ut semper tibi,
Sommoque patri gratias
Agam, pieque vos colam,
Totaque mente diligam.

Quid servandum sit amatoribus Christi.

QUicunque Jesum diligit,
Humana discat omnia
Nil æstimare, diligens,
Opes, honores, gloriam,
Amare Jesum puriter

Nequit

Nequit re'inque catera,
Unumque Jesu̇ possidet.
Nam quicquid est usquam boni.
Si possidebis, lacrymas,
Metus dolore pectore
Tuo fugabit, dulcia
Semper morantur gaudia,
Ubi moratur candidus
Jesus, voluptas unica
Et ille amantium sui,
Quin mater, & pater tuus
Te derelinquent, optimus
A dextera nunquam tua
Jesus recedet, omnium
Fidus comes discriminum:
Et cùm suprema venerit
Tibi dies, te transferet
In sancta regna cœlitum,
Fruaris ut vita simul,
Et sempiterno gaudio.

Exprimit ardorem amoris sui erga Christum.

Te sancte Jesu mens mea,
Amoris icta vulnere,
Suspirat, ô salus mea,
Me solve tandem vinculis
Istis, ut evolvem tuam
Beatus ad præsentiam.
Fac interim magis, magis
Amore totus ardeam,
Ut pura mens à corporis
Contagione, complexibus
Evadat aptior tuis.
Tu spes voluptas, unicum

Cordis

Cordis mei fis gaudium,
Benigne Jesu, da precor
Humana cuncta spernere
Te propter omnia fac mihi
Te propter unam sordeant:
Seu pulcher oras ætheris
Sol lustrat almo lumine,
Seu nox benigno languida
Rigat sopore corpora:
Domi, forisque mens mea
Te quærat, invocet, canat,
Stumque sel x in tuo
Dulci acquiescat nomine.

Hymnum in Christum.

JEsum pudicæ virgines,
Jesum juventus integra,
Jesum viri, senes, anus
Cantemus: in cujus fide
Latamur esse patricio
Qui nos amore dil gi',
Fovetque. Summi num nis
Æterne fili, si erum,
Terræ marisque conditor,
Nil vasta cœli immensitas,
Nil magnus orbis continet,
Non dextera factum tua.
Tu patris in sinu sedens,
Alis, gubernes omnia.
Tu charitate maxima
Nostræ m sertus miseriæ,
Morta'e corpus induc is:
Dirâque suffixus cruci,
Nos morte v ndicas tua
A sempiternis ignibus.

Tu

Tu morte victâ, regiam
Reversus ad tuam, simul
Tui colentes aurea
In parte cœli collocas.
Te cœtus omnis cœlitum
Noctes dieſque concinit:
Te ſempiternus Spiritus,
Salutis authorem unicum
Teſtatur eſſe tu quies,
Lumen, voluptas mentium:
Tu paſtor agnus omnia
Peccata tollens, pontifex
Æternus, iram maximi
Sedare præſens numinis.
Clemens, ſuavis, optime
Jeſu, tuorum proſpera
Cursum benignus, ut ſoles,
Piaſque laudes ſuſcipe,
Quas ore puro fundimus.

Chriſtum invocat, magnitudine morbi ſe jam oppreſſum ſentiens

JAm quinta lunæ cornua
Se luce complent horrida,
Cùm febre membra tabida
Depaſcor, oſſa frigore
Tremor furente concutit:
Dein æſtus acer intimas
Urit medullas, ut facie
Abſumit ignis aridas.
Jam corpus amiſi, mei
Vix umbra jam ſuperat levis.
Ut flos gravatus imbribus,
Caput tenellum decidit:
Sic mens miſella perdita,

Cedit

Cedit mi a'orum ponderi.
Jesu benigne respice
Meos labores; dextera
Tua cadentem subleva.
Non illud ipse jam precor,
Meo recedat corpore
Hæc pestis: unum id omnibus
Votis requiro & obtestor,
Ut robur & constantiam
Mihi ministres, languidos
Artus, medullas, omnia
Hæc ignis ossa devoret:
Dummens resecta, vivida,
Tuoque fortis spiritu,
Resistat, & semper tibi
Jucunda laudes concinat.
Jesus benignus optimus,
Horrenda passus vulnera,
Dolentibus succurrere
Est promptus, ægrimoniam,
Metus querelas abjice
Fidenter ô anima mea,
Quiesce, nomen invoca
Dulcissimum regis tui.
Est ille munitissima
Arx invocantibus eum.

Dolet se jam senem fieri, neque tamen adhuc capisse Deo, ex animo servire.

EHeu senecta crinibus
Jam sparsa canet, labitur
Ætas, ut unda fluminis.
Auremque vellens pallida
Mors admonet: Miser, ah miser
Quousque pergis somnia,

Umbrasque

Umbrasque vanas persequi ?
Iamiam supremi judicis
Tribunal ad justissimum
Sistere, cordis intima
Qui sensa, qui dicta omnium
Qui facta novit omnia
Hæc vera, certa judicat
Mens & relictis omnibus,
Summo beato numini
Servire totis viribus
Exaptat, ardet, nititur,
Sed hem misella, sordidæ
Affixa terræ, inaniter
Laborat : Eia agè subveni,
Iesu benigne, subveni,
Tuamque dextram porrige.
Tu morte mortuum tua
Olim evocasti ex inferis :
Nunc vita me vivum tua
Perire ne rursum sinat.
Humana fac spernam omnia,
Nudumque te nudus sequar,
Et ponderosi corporis
Me solve tandem nexibus :
Ut pura mens, & integra,
Ævo potita cœlitum,
Te sancte, & optimum Patrem,
Et sempiternum Spiritum,
Laudare, nunquam desinat.
Iesus suorum supplicum
Tutela, portus, gaudium,
Quæ tota mente deprecor,
Concedet, ipse gratias
Agam benigno numini,
Ejusque laudes pectore
Lætante semper concinam,

Quam sit dulcis & salutaris vulnerum & tormentorum Christi assidua meditatio.

IEsu tuorum vulnerum
Cruore sancto pascere
Me quæso nunquam desinat.
Me sanguis iste roborat,
Dulcique replet gaudio:
Hic est amoris poculum
Cœlestis, omnes sordidos
Pellens amores, ebria
Hac potione mens sui,
Et omnium fit immemor,
Quæcunque mundus continet,
Deumque solum cogitat.
Tuumque amorem, fervide,
Immense, nulli effabilis
Amor, beatis sedibus
Tu maximi natum Dei
Deducis, ipsique induis
Mortale corpus: asperam
Dein tollis illud in crucem.
Amabilis, dulcissime
Amor, meis in sensibus
Tantas amoris excita
Flammas, ut ustis nexibus
His ponderosi corporis,
Alis tuis ad optimum
Iesum beatus advolem.

Orat ut Christi benignitate sibi liceat pie sanctèque vitam agere.

TUtela præsens omnium,
Qui mente pura te colunt,

Da

Da quæso, nil ut cogitem,
Agam, loquar, quod numini
Tuo placere non queat,
Comis benignus in bonos,
Malosque sim, ne degener
Sim natus oprimi Patris.
Qui solis almo lumine
Illustrat omnes omnibus
Potum cibumque sufficit.
Legum tuarum per vias
Me continenter dirige:
Monique quicquid egero,
Id esse totum muneris
Tui sciamque, & prædicem.
Seu febris artus pascitur,
Seu miles urit impius
Domum paternam, dicere
Laudes tibi ne desinam:
Sed cuncta numinis tui
Nutu regi nil ambigens,
Vivam quietus. Filios
Dei secunda & aspera
Invent oportet: gloriam
Tuam. Patrisque maximi,
Meæ saluti præferam,
Nec ulla res optatior
Queat mihi contingere,
Quàm contumelias pati
Te propter, ipsa carior
Sit luce mors: ut corpore
Exutus, ad tui volem
Regni beata gaudia.

Gratias

Gratias agit Christo, cujus beneficio e maximis periculis sit ereptus, & ad viam salutis revocatus.

O Lux beata cœlitum
Mortalium fidissima
Tutela, quas agam tibi
Jeuben gne gratias?
Ut olim aberrans à grege
Ovis misella saltibus
Formidolosis delitet,
Voranda mox rapac bus
Feris miserimus omn um
Sic ipse, per mala omnia
Cæcus ruebam, candida
Cùm lux beati Spiritus
Tui refulsit, & viam,
Quæ ducit ad fœlicium
Æterna regna cœlitum,
Monstravit, ista lux meæ
Mentis tenebras dispulit
Cordi meo dulcissimi
Faces amoris ista lux
Infixit, illo ex tempore
Te sancte totus ardeo,
Te quæro amore saucius
Videre vultum candidum,
Tuis frui comple xibus
Mens ard et ipsa jam nihil
Te præter unum cogitat.
Non sic decentem virginem
Furens amator pederit:
Non sic tenellum filium
Parens uterque diligit.
Amor's æstu liquitur

Cor molle, ut olim fervidis
Percussa cera Solibus,
O flamma mentem frigerans,
Omnesque labes excoquens,
Me semper indies magis
Incende, perge adurere,
Consume totum verteris
Me donec in faces tuas.

Queritur, magnam hominum partem relicto Conditore rebus inanibus studere.

IEsu beate, si tuo
Amore sancto perfrui
Quàm dulce sic cognoscerent,
Qui res inanes diligunt,
O quàm suæ dementiæ
Tædet et ipsos! Vulnera
Acerba corporis tui
Tanta fluunt dulcedine,
Ut quisquis illa suxerit,
Opes, honores, omnia
Amara jam fastidiat,
Deique sola gloria
Latetur, oblitus sui.
Sed cæca gens his fontibus
Præfert lacunas putidas
Et pestilentes. Gratia
Magna tibi Jesu maxime,
Qui me tuo purissimo
Lavas, aliisque sanguine.

Prædicat se sine tutela Christi in mala omnia præcipitem ruere.

TE sancte Jesu supplici
Adoro corde: cor tibi

Meamque

Meamque mentem dedico.
Ut bimulus puer, sua
Custode si caret, sibi
Magna creat pericula :
Sic ipse, si desit tui
Tutela præsens Spiritus
In cuncta præcipi ea mala.
Dulcis benigne Spiritus,
Me quæso totum posside,
Tuaque flamma incendito
Amore cor, illumina
Mentis tenebras excoque
Quodcumque inhæret noxii.
Fac semper in te gaudeam :
Opes honores spernam,
Summique Patris gloria
Sit luce cathior mihi.
Seu pascit hortus lumina
Florum colore gemmeo,
Seu fons susurrans vi reis
Delectat undis, illico
Vox surgat in laudes Dei.
Sol, luna, fulgor siderum,
Lapsus perennes amnium,
Formosa sylva, frugibus
Ager redundans, omnia
Quæcunque cerno maximam
Sancti & beati numinis
Benignitatem cernere,
Manusque tractare imperant.
Hinc ipse dicam comiter
Omnes juvare neminì
Nocere puros integer,
Deoque carus exigam,
Quod restat ævi transvolans

Dein ſumma cœli ſidera,
Fruar perenni gaudio.

De ardenti amore ſuo erga Chriſtum.

AMore totus langueo,
Nec ulla jam datur quies;
Jeſu benigne, jam mi am
Solare mentem, candidos
Oſtende vultus, lumine
Tuo beata lumina
Fac mea, nec oſculum precor
Amans amanti denega.
Tu ſponſus animæ meæ,
Te quærit illa, lacrymis
Te continenter invocat.
Tu ſancte, mortis e manu
Tuo redemptam ſanguine,
Tuique amore ſauciam
Odiſſe certe non potes.
Ergò miſellæ cur tuæ
Dulcedinem præſentiæ
Non ſentit? ah cur ſupplices
Venti querelas diſſipant?
Sed tu licebit anxio
Amantem amore torqueas,
Non illa amare deſinet.
Jeſu tui tabeſcere
Amore, res dulciſſima eſt

Commendat animum ſuum Deo, magnitudine morbi in extremum vitæ periculum adductus.

REgnator beate cœlitum,
Qui ſic amas mortalium
Salutem, ut almi filii

Cruor

Cruore sancto laveris
Peccata eorum : suscipe
Servi precantis spiritum,
Quifretus un ca tua
Benignitate, languidos
Artus liber ter deserit,
Ut alt: cœli sidera
Petens, fruatur, optime
Pater, tua præsent a,
Et sempiterno gaudio.

Ad Margaritam Henrici Gallorum Regis sororem.

PUdica virgo, regiæ
Stirpis propago nobilis,
Ornata sanct s moribus,
Et literis, & ingeni
Decore fulgens, scripsi vus
Hæc, insideret aridis
Cùm longa febris artubus :
Iis additurі plurima,
Nimens gravata corporis
Laboribus languesceret.
Sed tu puella candida,
Cœlestis ardens ignibus
Amoris ut mens augurat,
Hunc perleges libentiùs
Parvum libellum, sed pium,
Quàm prisca vatum carmina,
Nugis referta inanibus.

FINIS.

IN

GEORGII BUCHANANI

PARAPHRASIN

PSALMORUM

Collectanea.

NATHANIS CHYTRÆI.

Quibus Vocabula, & modi loquendi tam poetici quàm alias difficiliores, & minus vulgo obvii, perspicue explicantur:

In gratiam eorum, quibus hujusmodi, ut videntur, minuta investigare aut non libet, aut non vacat.

LONDINI

Apud SARAH GRIFFINUM

1672.

NOBILISSIMO
FORTISSIMOQ. VIRO
D. IOACHIMO VAN DER LUHE
Domino hæreditario in Illow, Consiliario & Marscalco Megapolitano, & territorii Dobertinensis Præfecto, Domino & patrono suo colendo S. D.

HActenus ante alias Bucanani buccina vatis
Præcipuis placuit nobilitate viris:
Et merito quid enim gravius, quid dignius illa
Davidica Ausoniis plectra canere modis?
Sed tamen interdum studium carumque legentis
Obstructis quædam sunt remorata viis:
Illorum imprimis, quos magna negotia rebus
Non adeo obscuris sæpe vacare sinunt.
Hæc ego lectori, si possim obscura canendo
Demere, & appositis pandere clausa notis,
Addo etiam diversa modis; quibus ora resolvant
Unius in laudes obsequiumque Dei,
Davidis exemplo, cujus sua sorte secunda
Adversaque labor lira sonare fuit.
Tu patria decus, & nostra patrone Camœnis,
Hæc placida accipito dona pusilla manu;
Dona pusilla quidem, charitæ si pondera libres,
Sed tamen æterni maxima laude Dei.

Nathan Chytræus

LECTORI CANDIDO NATHAN CHYTRÆUS S. D.

CUm ante quinquennium de lectionibus & exercitiis Scholæ noſtræ puerilis deliberationes inſtituerentur, inter alia etiam placuit prudentiſſimis Scholarchis, ut Paraphraſis Pſalmorum Buchanani in prima claſſe proponeretur ut nimirum ex ea pueri noſtri, præter veram pietatem, & linguæ Romanæ puritatem, varias etiam carminum, maxime Lyricorum dimenſiones animo paulatim comprehenderent. Mihi vero ſententia illa Scholarcharum nihil tum fuit acceptius nihil jucundius. Iampridem enim ſacratiſſimum illud, quod vocant, Spiritus ſancti Euchiridion, unà cum omnibus piis, & ipſe maximi feceram, & aliis quoque meæ fidei commiſſis & commendaveram, & non nunquam etiam privatim domi meæ in ſedem explicueram: ut eo quoque nomine facilius mihi eſſet, voluntati illorum laudatiſſimæ morem gerere. Id quod etiam ſub ipſa Scholæ primordia ſtatim ſum agreſſus. Primo autem in ea tractatione hoc potiſſimum egi, ut auditores mei poſt breve Pſalmi cujuslibet argumentum verba & phraſes Poetæ grammatice à me explicatas, recte intelligerent; & metaphorarum, aliorumque ornamentorum, poeticorum rationem, rudi, ut aiunt Minerva expoſitam utcunque viderent. Exiſtimabam enim, verborum vi recte percepta, ad rerum quoque & ſententiarum cognitionem aditum illis fore faciliorem & tum quoque

quoque illos eo majore cum fructu ad modulationem eorundem Psalmorum, quam à psittacorum cantu discrepare omnino oportet, esse accessuros. Et hinc quidem nata sunt primo argumenta hac editione in ipso Buchanano singulis Psalmis prafixa: deinde collectanea illa qualiacunque, quæ bono typographi consilio, in hunc peculiarem libellum congesta sunt ut qui vellent, seorsim etiam ea sibi comparare possent. Interea, ut laudum quoque divinarum nunquam nobis eu materia aut opportunitas paulo post deesset; ego cum primario Scholæ nostræ Cantore, M. Statio Olthovio Osnaburgensi: ut triginta diversis, quæ in Buchanano continentur, carminum generibus, melodias certas, partim jam olim ab aliis usurpatas, nonnullas etiam à seipso modulatas, adjungeret. Quo quidem ille mihi scholasticæ inventuti, non solùm gratificatus est libentissime, verum etiam fide & industria suâ effecit, ut brevi admodum tempore auditores nostri illas ipsas melodias quatuor vocibus expedite cantitare possent. Unde etiam illud est consuetum, ut singulis horis, sub initia & finem exercitiorum scholasticorum, primarii nostri ipsi inter se Psalmum aliquem quatuor vocibus, sine notis, quas vocant musicis canendo, aliquoties totum Psalterium jam absolverint, atque ita (quod mihi certè auditu jucundissimum est) laudibus & celebrationibus nominis divini multoties quotidie repetitis, locus gymnasio & domicilio nostro assignatus undique resonet. Quidentiam crebrâ illâ eorundem Psalmorum iteratione factum est, ut, cæteri ingeniosiores qui sunt, bonam Psalmorum præcipuorum partem memoriâ circumferant; eosque si opus sit, sine libro recitare queant. Cùm autem multi pii & eruditi morem hunc nostrum magnopere probarent, existimarent, que, alias quoque, si quæ vellent, Scholas hujus boni

participes

partic pes esse faciendas : non equidem invitus concesi, ut tam collectanea hæc mea, quam Melodiæ si Psalterio Buchanani passim intertæ, cum pluribus communicarentur : atque ita aliis quoque, non solùm exercitiorum veræ pietatis & Musicæ religiosæ, verum etiam linguæ Latinæ plenius intelligendæ hoc modo præberetur occasio. Cum quovis enim veterum puritate & elegantiâ hoc poema certare posse, cùm inter eruditissimos ferè in confesso sit; verbosius id hoc loco demonstrare non est opus : Sicuti etiam de præstantia Psalmorum Davidicorum pluribus hic, in re sic licet omnibus vere pijs notissimâ, non libet disserere. Unum hoc addo, me in gratiam & usum auditorum quoque meorum Academicorum, quibus hoc tempore Odas Horatii explico, curasse, ut eorum etiam carminum Horatianorum genera, quibus non est usus Buchananus, melodiæ certæ alijs subjungerentur, unà cum carminis Phalacii, alias quidem usitatissimi, sed tamen neque à Buchanano, neque ab Horatio usurpati harmoniâ. Poterunt igitur hujus qualiscunque editionis adminiculo, qui volent, & Buchanani, & Horatii, ut alios interim taceam, Odas omnes, quatuor vocibus decantatas, eo facilius familiariter sibi notas facere, & totas e iam memoria paulatim complecti. Utrumque autem horum poematum eo honore & ore à vere dignissimum esse, oro ut juventus ingeniosa certò sibi persuadeat. Nam de Buchanano nemo, modò verè pius & mediocriter eruditus sit, unquam dubitabit. De Horatianis quoque plerisque aliter judicare non poterunt, quicunque unius aut alterius saltem Odæ, tum in sententijs & rebus ipsis, quas tractat, multiplicibus gravitatem & dignitatem; tum in verbis quoque, quibus utitur, lectissimis, venustatem, gratiam, & acumen utcunque perpenderint. Rei enim ignotæ, aut non satis intellectæ, nullum desiderium

derium esse, nec mirum est, nec novum. Sed de his sedulos Horatii auditores admoneri minime opus est. Qui sine ullo dubio ex singulis nostris prælectionibus hoc unum (ut alias ejus laudes alibi uberius expositas hic præteream) quod de Thucyd de prædicat Cicero, de Horatio quoque non minus vere usurpari posse animadvertere eum scilicet argutè dicendi artificio facilè omnes vincere, qui ita creber sit rerum frequentiâ, ut verborum propè numerum sententiarum numero consequatur. Quod quidem ipsum scriptionis genus minimè vulgare, aut à quibuslibet communis notæ scriptoribus adhibitum esse, vel adhibere etiam potuisse, res ipsa intelligentibus satis loquitur. Bene igitur studiis suis consulent adolescentes ingenui, qui hoc quoque auctoris optimi penitus addiscendi, & memoriæ infigendi adjumentum, & id quidem non solum nulla cum molestia, sed etiam jucundissima cum voluntate conjunctum, non aspernabuntur. Ad collectanea vero hæc nostra quantum spectat, non deerunt fortasse, qui illa tanquam puerilia prorsus fastidiant: sicuti ego ipse quoque puerilia ea esse & puris potius quàm criticis illis serpente Epidaurio oculatioribus à me scripta, seu potius collecta, palàm fateor, & præmetero. Quanquam idem ego non dubitem, adultores quoque nonnulla cognitu sibi non inutilia hic inventuros esse. Imprimis vero labor singula inquirendi minuetur iis, quibus gravissimis Reipub. maximè negotiis implicitis hujusmodi minutiis tempus impendere nec vacat nec licet. Illorum igitur post auditores nostros commodis potissimum me hic inservire, & occupationibus gratificari voluisse, censores illi sciant: & si ipsis hæc opella opus non est, eadem tamen aliis non nullo cum emolumento suo frui non inique ferant. Ad symphonias quoque istas faciles & simplices quod attinet,

attinet, Momi itidem fortè non pauci, qui scilicet in Musica tantum pruritus aurium rationem putant habendam, se offerent, qui multa in his carpent, multa reprehendent, multa etiam extremè deridebunt, licuit hoc præsertim sæculo, & his moribus, rideri carpique etiam rectissima possunt. Iis autem ego respondum volo, non nos ideo hæc in publicum emittere ut omnibus ea obrudamus. Esset enim hoc iniquissimum: neque nobis ab aliis hoc jugum imponi patienter ferremus. Liberum igitur hic esto suum cuique judicium potestas quoque his ipsis vel utendi, vel non utendi vel melioria etiam in eorum locum substituendi, planè liberrima ita tamè ut illis, qui melioribus destituuntur, unà nobis cum his utendi facultas minimè sit intercluſa, donec limatiora & perfectiora illa ab aliis proferantur. Bene vale lector candide, & puerilia ac minuta hæc boni consule, donec cùm alia nonnulla, tum imprimis libros xii. Fastorum Ecclesiæ Christianæ jampridem quidem non sine magno diuturnoque labore à me absolutos, & spatium quoque & hic à nobis meis ferè impensis impressos; sed tamen idoneo typographo, qui uno volumine eos conjungeret, hucusque destitutos, communicare tecum aliquando possim. Quod quidem quando futurum sit, is cui omnia nota sunt, novit. Vale iterum. Rostochio Idib. Novemb. Anno 1584.

S GEOR-

GEORGII BUCHANANI Vita.

GEorgius Buchananus *in Lennia Scotiæ provincia natus est ad Blavium amnem, anno salutis Christianæ M. D. VI. circa Calend. Febr. ineunte rusticâ, familiâ vetustâ magis, quàm opulentâ. Pater in juventâ robore ex dolore calculi exstincto, atque adhuc puero decessere, familia ante tenuis pæne ad extremam inopiam est redacta. Matris tamen Agnetis Heriotæ diligentiâ, liberi quinque mares, & tres puellæ ad maturam ætatem pervenerunt. Ex iis Georgium, avunculus Jacobus Heriotus, cum in scholis patruis spem de ingenio ejus concepisset, Lutetiam amandavit. Ibi cum studiis literarum, maximè carminibus scribendis, operam dedisset, partim naturæ impulsu, partim necessitate (quod hoc unum studiorum genus adolescentia proponebatur) intra biennium avunculo mortuo, & ipse gravi morbo correptus, undique ino iâ circumventus, redire ad suos est coactus. Cum in patria valetudini curandæ prope annum dedisset, cum aux Lis Gallorum quotannis in Scotiam appulerant, studio rei militaris cognoscendæ, in castra est profectus. Sed non à expeditione prope inutili, hyeme asperrima per altissimas nives redeuntes exercitus, rursus in valetudinem adversam incidit, quæ totâ illâ hyeme, lecto affixum tenuit. Hunc in Galliam æstate proxima an. 1535 sequutus, in flammam Lutheranæ sectæ, jam late se spargentem, incidit;*

ac

ce biennium fere cum iniquitate fortunæ colluctatus, tandem in collegium Barbarorum accitus, prope triennium classi Grammaticæ discentium præfuit. Interea cum Gilbertus Kennedus Cassilliæ Comes, adolescens nobilis, in ea vicinia diversaretur, atque ingenio & consuetudine ejus oblectaretur, eum quinquennium secum retinuit, atque in Scotiam una reduxit. Inde cum in Galliam ad pristina studia redire cogitaret, a Rege est retentus, ac Jacobo filio nothо erudiendo præpositus. Interea pervenit ad Franciscanos Electio de otium ab eo fusum, in quo se scribit a Divo Francisco solicitari, ut ejus ordini se adjungat. Id eo cum unum aut alterum verbum liberius in eos emissum esset, rude unt id homines mansuetudinem professi, aliquanto asperius, quam par erat, tam vestigi spintone pios ob levi culam culpam decere videbatur. Et cum non satis justas iræ suæ immodicæ causas invenirent ad commune religionis crimen, quod omnibus, quibus male propitii erant, intentabant, decurrunt, & dum impotentiæ suæ indulgens illum sponte sua sacerdotum licentiæ infensum acrius incendunt, & Lutheranæ causæ minus iniquum reddunt. Interea Rex e Gallia cum Magdalena uxore venit, nec sine sacrificiorum metu, qui timebant, ne puella regia sub amitæ reginæ Navarræ disciplinâ educata, nonnihil in Religione mutaret. Sed hic timor brevi secuto ejus decessu evanuit.

Subsecutæ sunt in aula suspiciones adversus quosdam e nobilitate, qui contra Regem conjurasse dicebantur. Ineæ causa cum regi fuisset persuasum, non satis sincere versatos Franciscanos. Rex Buchananum forte tum in aula orantem, ad se advocat & ignarus offensionis, quæ ei cum Franciscanis esset, jubet adversus eos carmen scribere. Ille utrosque juxta metuens offendere, carmen quidem scripsit & breve, & quod aliquam interpretationem susciperet. Sed nec regi satisfecit, qui acre & aculeatum poscebat; illis capitale visum est quenquam ipsos nisi honorifice attin-

gere. Igitur actus jussas in eos scribere; earum unam, quæ nunc in titulo Fratres scami est edita, inchoatam, Regi tradidit. at ubi post, per amicos ex aula certior se peti, & Cardinalem Betonium a Rege pecuniâ vitam ejus mercari, e vestigio cubiculum, in Anglium contendit. Sed ubi tum (1540.) omnia adeo erant immixta, ut eodem die, ac eodem igne, utriusque factionis homines sarcina emitur, Henrico octavo jam semortuo, suæ magis securitati, quam religioni purificatio intento.

Hæc rerum Anglicarum incertitudo, & vetus cum Gallis consuetudo, & summa gentis humanitas, Buchananum adscivere illi. Ut Lutetiam venit, Cardinalem Betonium pessime erga se animatum intelligit ob eam fugæ compertæ. Atque ejus ira se subtraxit Burdegalem, vitæ Amitæ Gordano, profecturus ibi, in scholis quæ tum summo publice erigebantur, triennium docuit, pro tempore quatuor scripsit Tragœdias, quæ postea per occasiones fuerant evulgatæ. Sed quæ prima omnium fuerit conscripta (cui nomen est Baptista) ultima fuit edita. Ac deinde Medea Euripidea. Has enim, ut consuetudini scholæ satisfaceret, suæ per annos singulos, singulas poscebat fabulas. conscripserat, ut earum actione, juventutem ab allegoriis, quibus tum Gallia vehementer studebat, ad imitationem veterum, quâ posset, traheret. Hi cum ei probe respondissent, reliquas, Jephten & Alcestin paulo diligentius, tanquam lucem & hominum conspectum laturas, edidit.

Sed nec id temporis omnino ei fuit expers solicitudinis inter Cardinales & Franciscanorum primas. Cardinalis eam de eo comprehendendo ad Archiepiscopum Burdegalensem literas misit: sed eas forte fortuna Buchanani amantissimus dederat. Sed hunc natum Regis & cotorum mori, & pestis per Aquitaniam sævissime grassata, sedavit, an. 35.

Interea literæ a Rege Lusitaniæ superenerunt, quæ

gubernan-

Gubernium inherent, ut homines Græcis & Latinis literis eruditos secum adducerent; qui in scholis quas ille tum magnâ curâ & impensis moliebatur, liberalium humanarum, & Philosophiæ Aristotelicæ rudimenta interpretarentur. Et de re conventus Buchananus facile eò assensus. Nam cum totam jam Europam bellis domesticis ac externis, aut jam flagrantem aut mox conflagraturam videret, illum unum videbat angulum & tumultibus liberum futurum, & in eo cœtu qui eam profectionem susceperant, non tam peregrinari, quam inter propinquos & familiares agere existimaretur. Erant enim plerique per multos annos summa benevolentia conjuncti, ut qui ex suis monumentis orbi clarum fecerunt; Nicolaus Grucheus, Gulielmus Cormanus, Iacobus Tevius & Helias Vinetus. Itaque non solum se comitem libenter dedit, sed & Patricio fratri persuasit, ut se tam præclaro cœtui conjungeret. Et principio quidem res præclare successit, donec in medio velut cursu ereptus Gruchius morte ipsi quidem non immaturâ, cæterisbus ejus acerbâ, præcepta est. Omnes enim ejus inimici & æmuli in eos primum exarserunt: deinde paulatim ad vivos plane gladiatorium invertunt: & cum per homines ejus minimeissimos quæstionem clam excussissent, res asseruntur, quæ post longum carcerem simulo e in judicium productus multis per eos dies commissis exinquatus rursus in custodiam abditerunt. Accusatores autem ne ad hæc quidem romanerunt. In Buchananum certe acerbissime insultabant, ut qui peregrinus esset & qui minime multos ille haberet, qui ejus incolumitate gauderent, aut dolori ingemiscerent, aut injuriam ulcisci conarentur. Objiciebatur & carmen in Franciscanos scriptum, quod ipse antequam e Gallia exisset, apud Lusitaniæ regem excudendum curavit: nec accusatores quale esset, sciebant. Unum enim ejus exemplar Regis Scotorum, qui serendi auctor fuerat, erat datum. Primus dabatur carnium ejus in quadragesima, qua nemo in tota Hispania est, qui abstineat. Dicta quædam oblique in Mona-

chos objicit, quæ apud nemnem nisi Monachum, criminosa videri poterant. Item gravissime accepimus, quod in quodam sermone familiari, inter alios adolescentes Lusitanos, cum fuisset orta mentio de Eucharistia, sibi videri dixit, Augustinum in partem ab Ecclesia Romana damnatam, multo esse probiorem. Alii duo testes Ioannes Tophinus Normannus, & Iohannes Ferrerius e Subalpina Ligaria, (ut post aliquot annos comperit) pro testimonio dixerunt, se ex compluribus hominibus fide dignis audivisse, Buchananum de Romanâ religione perperam sentire. Ut ad rem redeam, cum quæstores probe sesquiannum & se & illum fatigassent, tandem ne frustra hominem non ignotum vexasse crederentur, eum in monasterium aliquot metas resiluit, ut exactius erudiretur a monachis, hominibus quidem alioqui rsc in humanis, nec malis, sed omnis religionis ignaris. Hoc maxime tempore Psalmorum Davidicorum complures vario carminum genere in numerosredegit. Tandem libertati redditus, cum a Rege commeatum redeundi in Gallias peteret, ab eo rogatus ut illic maneret, pecuniola interim accepta in sumtum quotidianum, donec de conditione aliqua honesta prospici retur. Sed cum procrastinationis, nec in certam spem, nec in certum tempus, tæderet, navem Gretensem in portu Olisiponensi nactus, in ea in Angliam navigavit. Nec hic tamen sedit, quamvis honestis conditionibus invitaretur. Erant enim illic adhuc omnia turbida: sub Rege adolescente prorebus disceptabant, & populi adhuc animis tamescentibus a recenti motu civili, (anno 1550 1553. ineunte) Igitur in Galliam transmisit, iisdem fere diebus quibus urbis Mediomatricum obsidio fuit soluta. Coactus est ibi per amicos eo de obsidione carmen scribere; idque eo magis invitus, quod non libenter in contentionem veniret cum aliis pleriscque necessariis, & imprimis cum Mellino Sangelasio, cujus carmen eruditum elegans ea de re, circumferebatur. Inde evocatus in Italiam a Carolo Cossæo Brixatensi qui

quitam secunda fama vesi in Ligustico & Gallicæ circa Padam agro, gerebat nunc in Italia, nunc in Gallia, cum filio ejus Tomsonio, quinquennium hæsit usque ad ann. 1560. quo tempus maximam ex parte dedit sacrarum literarum studio, ut de controversiis, quæ tum majorem hominum partem exercebant, exactius dijudicare posset quæ tum domi conquiescere cœperant. Scotis tyrannide Guisiana liberatis, reversus nomen Ecclesiæ Scotorum dedit. Superiorum autem temporum scriptis quædam velut e naufragio recollecta edidit. Cætera veroquæ adhuc apud amicos peregrinantur, fortunæ arbitrio committit. In præsentia 74. Annum agens, apud Jacobum Sextum Scotorum Regem, cui erudiendo dicta est præfectus, se senectuti suæ malis fractæ portum optatum agit (an. 1580.)

Hæc de se Buchananus, amicorum rogatu.

Obiit Edinburgi, paulo post horam quintam matutinam, die Veneris, XXVIII. Septembris, Anno M.D XXCIII.

IN PSALMORUM GEORGII BUCHANANI Librum primum.

PSALM. 1.

a DE *Tramite*] Trames proprie est semita transversa & acclivis qua montes quasi transmeando conscenduntur. Ovid 10. Metamorph. *Carpitur declivis per muta silentia trames.* Et Cicero in Philip. *Egressa est non vitæ sed tramitis.* Quo circa hic Buchananus epitheto addito propriam significationem quodammodo correxit, sicuti etiam fecit. Psal. 18. *Averterunt meos pedes de tramite suo.*

b *Sessio vacua beatis*] Pertinent huc elegantissimi versus Nazianzeni.

Οὐκ ἐμὸν κάθισμα ἐμοῖς ἐν χείλεσι μοῦσα,
Οὐδὲ τι συμποσίων, καὶ σὺν πλάστιγξι κυλίκων.

c *Rimatur*] Rimari est diligenter & valde sollicite scrutari & tanquam per rimas aliquid inquirere Græce ἐρευνᾶν. Virg. 1. *Paries primo ne aperiat.* Ex. 7. *Quod cuique operum Rimanti telum insæcet.* Dicitur etiam de animantibus & volucribus, postquam terram veluerunt ibus vel requirentibus prata & stagna alimenti causa Virg. 1. Georg. de avibus paludestribus: *Dulcibus in stagnis rimantur prata palustri.* Et 3. Georg. *Ergo agent vastis terram rimantur aratris.* Vide Nonnium in voce *Rimari*

d *Sirius*] Stella est prima ut vocant magnitudinis tota fere hyeme in plaga meridionali sub Orione in ore canis majoris conspicua, quam alii Caniculam dicere. Unde dies caniculares nomen acceperunt quod hac

hâc ſtella cum ſole oriente, æſtus vehementiſſimè ferè augeantur, & canes quoque nonnunquam rabie corripiantur.

e *Impietas*] Abſtractum pro concreto, ſeu impietas pro hominibus impiis. Orationi autem granditati ſervit hæc figura, quâ res pro perſonis accipiuntur, ita alibi Vanitas, pro hominibus vanis.

f *Anfractus*] Sunt obliqui & ſinuoſi flectus viarum in quibus circuitione opus eſt: dicti ab ambitu, & frangendo. Varro in neutro quoque genere uſurpavit: *Irrigavit cavata aurium anfracta.* Utitur eâdem voce *Pſal.* 25.

PSALM. II.

a [*Idema*] Vox Græca à verbo *Δεσμέω*, id eſt, circumligo, aut corono. Olim faſcia fuit linea, purpura intertexta & gemmis obſita, geſtamen regibus tantùm proprium. Unde & pro corona fere accipitur, ut ſtirpium.

b *Callis*] Propriè eſt via bene trita & quaſi callo pedum durata.

PSALM. IV.

a [*Fibræ*] In radicibus plantarum ſunt tenua quædam et minuta, filamenta, ipſæque adeò radicule extremæ quomodo utitur, *Pſal.* 80. *Jam radice tenera fuderat undique Fibras.* In corporibus verò animantium ſunt epatis & pulmonum extremitates prominentes. *Neque enim mihi cornea fibra eſt.* Perſius hic pro ipſis viſceribus accipiuntur.

b *Litare*] Inter ſacrificare & litare hoc intereſt inquit Nonius *ſacrificare* eſt veniam petere. *litare* eſt, propitiare & votum impetrare. Virg. 4. *En Tu mactè toſce deos veniam, ſacriſque litatis*, id eſt impetratis. Plaut. Pœnulo: *Si herculè illæc usquam factum eſt, ut ego*

me Jupiter faciat ut semper sacrificem, neque unquam litem. Sic Suetonius in Nerone: *Attendit & extispicem nec unquam litavit.* Hinc verbum *perlitare*, quo utitur Psalm. 20. quod est perfectè litare, & sacrificio facto Deum placare, votique sui compotem fieri Gell. l. 1. c. 7. *Si hæc res divinæ factæ, litæque perlitatæ esse it; aruspices dixerunt omnia ex sententia processura.* Græcis est εὐαλτερίαν, i. utitur numine propitio, sacra facto litteret.

PSALM. V.

a *Quæstus*] Sine diphthongo querela est, sive querimonia, à queror questus sum, unde conqueror. Quæstus cum diphthongo emolumentum & lucrum est a quæro quæsivi Unde conquiro,

b *Eous*] ἠώς, Græcis aurora est, unde Eous apud poetas significat aliquid, quod est matutinum, aut versus orientem, ἠῶος ἐλεύτερ. Variatur autem primæ syllabæ quantitas, quando quidem, apud Græcos τὸ ἠὼς & ἑὼς pro eodem ferè accipiuntur. Virg. I. Georg. *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur, & II. Æn. Vota deum primo victor solvebat Eoo.* Ita Propert. *Sive illam Hesperiis, sive illum ostendit Eois* Quod noster est imitatus hic & Psal. 29. *Radix Hermon tepefactus Eos.*

c *Ciebo*] à cieo, civi, citum penult. brevi, ciere, id est movere, ut *fontes & flagna ciere* dicuntur latinæ apud Ciceronem de Divinat. Hinc excito concito, item percitus, excitus, concitus penult. brevi. Alterum ejusdem ferè significationis est, cio civi cium penult. longâ c ire, id est, vocare unde accitus, excitus, penult. itidem longâ pro advocato aut evocato,

d *Ait lacrum simulare*] id est, insimulando. Sicus Horat. dixit: *Audax omne perpeti,* Sufficiat autem testem indicasse hunc Græcissimum, qui ut apud Horatium,

tum ita in hoc quoque poemate creberrimus est. Eo rem enim modo Græci dicunt, ἐπεὶ τοῦτ' ἀπίστατος πέφυκεν; quod Flacco est pati indociles, ad cujus imitationem Psalm. 15 canit *fidemque indocilis temerare paterna.*

c *Bustum*] propriè locus est, ubi cadaver alicujus combustum & sepultum est. Unde Statius dixit *fumantia busta* Accipitur ferè pro ipso sepulcro, Cic. 2. de leg. *Bustum aut tymbon violare.*

PSALM. VII.

SEr vator orbis] Ita Dominum Deum, conditorem & conservatorem rerum omnium nominat, aliàs nomen hoc propriè tribuitur. ἀνθρώποις σωτῆρες, sive Salvatores nostro Jesu Christo. Apud Propertium lib. 2. eleg. 6. eundem titulum Apollo tribuit Augusto Imp. hoc dicticho:

Mox venit, Oceanga mundi servator ab Actia
Auguste, Herculeis cognite major avis

Gentibus quoque celebris fuit ζεὺς σώτηρ; quæ Herculi quoque idem nomen tribuere.

b *Leo cruoris*] Pro crudelis aut cruento. Cruor enim à crudo dictum volunt. Alias crudum dicitur quod incoctum est. Unde medicis cruditas est, quam Græci ἀπεψίαν vocant.

c *Sitiens cruoris*] Elegans metaphora, vehementem rei cujuscunque aviditatem exprimens. Unde Cic. dixit, *sitiens voluptatis*, item *sitiens virtutis*. Et apud Horat. est, *sitis argenti*, apud Juvenal. *sitis famæ*, apud Claudianum, *sitis prædæ* Cyrus quoque apud Xenophontem ardentissimam suam alios benefaciendi cupiditatem volens indicare, dicit: δίψαν χαρίζεσθαι; id est, sitio alios gratificari.

d *Crimina texuit*] Id est, calumnias & mendacia confinxavit. More Græco. Hom. Il. 3. δόλον ἄλλον ὑφαίνειν

ἐκφύειν, id est πλέκειν, ita Propert. *& causas texere lethi.* Cic. *texere opus, texere Epistolam.*

e *Me persequatur*] Bellam hunc versus gradiationem (quod in Rhetoricis Aristoteli est πυκνοδομεῖν) seu πλέκειν continent qui hoc modo soluta oratione expressus fiet conspectior: Judex persequens me capiat captum, & natos stratum proterat, protritum conculcet, & insultatum sepulchro inferat. In Heroico dixisset: *Me capiat captumque neces, tumulet que necatum.*

f *Fera ac*] Prima longa, est quicquid funestum, dirum, & cum exitio & abominatione conjunctum est.

g *Lethiferas sagittas*] Id est, mortiferas & veneno illitas. Lethum enim Poetis mors est ab oblivione, quam Græc vocant λήθην quia mors omnium rerum oblivionem inducit. Alii sine aspiratione scribunt, & deducunt à deleo, unde letum quasi delctum, quod omnia deleat.

h *Patet*] Id dicit ἀποτευγμα, quod Germanis est ein loch. sicut Esaias Cap. 33. *Concipietis fœnum, & parietis stipulam.*

i *Scrobem*] fossam, Scrobs propriè fovea in terra effossa, ad arbores consserendas aut depangendas.

k *Expeditus*] Liberatus, à pedibus animalium qui cum stupa, aut lino, aut quocunque allo filamento implicantur, dicuntur impedit. Id utem si indetolatur, & pedes iberi fiant, dicuntur proprie expediri.

PSALM. VIII.

a *Gentis humanæ*] Versus Horatii lib. 1. Od. 12.

b *Lactens*] a lacteo, es lactêre, penultimâ longâ quod est lac sugere. & proprium est infantis, aut catuli ab uberibus pendentis, sanguen. Aliud lacto, as, are quod est lacte præbere, fluden, & proprium est matris. *Psal.* 103. dixit. *Lactens pueri venusti.*

c *Pol'entis*]

c *Pollentis*] validæ, potentis *Auster fulmine pollens*: & *pollens viribus*, est apud Lucretium. *Hastis æquo pollens* apud Ovidium.

d *Haustus aure vitalis*] Poeticè accipitur pro ipsa vita, quæ tamdiu ineſſe cr poric ditur, quam diu vitali vescitur aurâ, seu quamdiu spiritum ducit.

e *Ales*] In auguriis ve erum aliæ volucres vocabantur oscines, quæ voce & cantu, aliæ alites ſ u præpetes, quæ volatu aliqu d prænunciare putabantur. Utrumq; co plexus est Virgil. de augure loquens: *Qui volucrum linguas, qui præpetis omnia pennæ, &c* Hic poeticè pro quavis ave usurpatur.

f *Pinnarum*] P nna vocabulum est homonymum. Sunt enim etiam pinnæ ædificiorum & murorum partes, ad modum fastigis acuminatæ. Hic autem sunt πτέρυγες, seu pennæ piscium, fiſchfedern.

PSALM IX.

a *Æ Terrum ætheris arbitrum*] Periphrasis Dei, cujus arbi rio cœlum & terra cond ta sunt & conſervantur.

b *Pessum abit*] Peſſum adverbium idem significans, qu d Græcis κατω, id est, deorsum, & quam sub pedes depressum. Lucret. 6. *Peſſum subſedere ſuis partes cum civibus urbes*, loquens de terræ motu. Col mel. lib. 12 c. 6. *Est aliud muria maturæ experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam ſi innatabit maturam.* Hinc *dare peſſum & peſſundare*, item, *ire peſſum*, ſicuti *dare venum & venundare*, item, *ire venum* seu *venire*, id est, venalem esse.

c *Condis nube ſilentii*] Bella translatio. Sicut enim nubes ſpl ndorem radiorum sola ium adſpectu noſtro aufert: ita silentium & hominis & rerum ab ipso gestarum memoriam abolet, earumque oblivionem inducit.

inducit. Sicuti ex adverſo multorum vox et celebratio nominis claritatem efficit & conſervat. Hinc Pindarus alicubi de re eadem loquens, λήθας νέφος, id eſt, oblivionis nubem dixit.

d *Vis fœta ſuperbiâ*] Fœtus, ſubſtantive, alias γέννημα, eſt rerum tam animatarum quàm inanimatarum 4. Georg. *Nec fœtus nivibus eduntæ.* Ovid. 4. Metam. Arboreſ fœtus, Et Virg. 2 Geor. *Fœtus nemorum & largo pubeſcit vinea fœtu.* Hic adjective idem ſignificat cum gravido aut pleno. Fœtum enim dicitur an malpægnans antè & paulò poſt partum, Eleganti igitur tranſlatione vim ſuperbâ fœtam, id eſt, prægnantem & gravidam ſuperbâ dixit. Violentia enim plerunque cum ſuperbiâ cojuncta eſt, quod vernaculo ſermone diceremus, **gewalt gehet mit hoffart ſchwanger** Virg. *Loca fœta furentibus Auſtris.* Et: *Non inſueta graves tentabunt pabula fœtæ* Horat *vulpes fœta.* Et hic noſter infra Pſalmo 105, *Regia fœta ranis.*

e *Aſſyrarcem ſpandit*] Σύλα Græcis præda ſeu rapina eſt, inde συλάω συλέω vel συλεύω, eſt ſpolio vel aufero Hinc ἄσυλον aut templum, ſtatua principis, vel area ſacra dicta eſt in quam ſontibus tutus erat receptus, unde nefas eſſet, quempiam extrahere vel ab ipere. Alias Græcis ἱκέσιον. Virg. 8. Æn, *Hinc lucum ingentem quem Romulus acer aſylum Rettulit.* Hinc ἄσυλια pro eo jure libertatis venia.

f *Dominum pangite*] Propie pangi dicuntur plantæ, quæ in ſcrobes defiguntur hinc verſus quoque pangi, id eſt, ſtylo in tabellam ceream impreſſo quaſi exarari videntur, Cicero Tironi, *An pangis aliquid Sophocleum* Horat. *Ego mira poemata pango.*

g *Plagis irretire*] Plaga quoque verbum eſt homonymon, quod primâ brevi, ut hic, ſignificat retia rariora ad capiendas feras, quod ſcilicet, ut nonnulli volunt

volant, plagis, id est, foraminibus plenæ sint, undè illud: *Frudere apros in obstantes plagas.* Et per metaphoram *plagæ aeroris*, apud Lucilium. Eadem vox prima brevi significat spatia vel tractus cœli & terræ amplissimos. Hinc *plaga orientalis aut occidentalis.* Eadem denique prima longâ significat verbe a, Græcis πλήγας. Hinc *plagas adbibere; Phryx plagis firmelior.* Unde *plagosus Orbilius*, qui plagis inferendis delectare ur.

h *Oris pectoris altis condenda in penetralibus*] Expressit Paraphrastes his verbis vim vocis Ebraicæ *Selah.*

PSALM. X.

a *Vergat in caput*] id est, recidat, ut quod sequitur luis pereat artibus: Juxta illud Salomonis: *Dolus recidit in cor fabricantium malum: In consiliariis autem pacis lætitia.* Est autem *vergere*, lenitèr inclinare, demittere, aut etiam se exterè. Hinc vergere in meridiem aut septentrionem. Dies vergens in noctem *Invergere* verò idem quod infundere est. Virg. *Frontique vergit vina sacerdos.*

b *Compita*] Loca ubi plures viæ seu itenera competunt, Kreutzweg. Ovid. *In ternas compita secta vias.*

c *Involet innocentem*] Quasi volâ injectâ comprehendat & constringat. Non enim componitur à verbo volo, as, are: sed à nomine vola, quæ propriè est cavum illud in media manu vel pede. Est igitur hic involare, quasi in volam capere.

d *Spelæ*] σπήλαιον, vel σπήλυγξ, Latinis antrum fraclunca vel caverna, unde spelæum feratum, pro antro feris latibulum præbente. Virg. *in sylvis inter spelæa ferarum.*

e *Multimodis*] Legendum *multinodis*, πολυπλόκοις, ut penultima sit longa, à nexu multorum nodorum. Ita Lucretius dixit: *Multangulus*, Plin. *Melticaulis*, Ovid. *Multiformis*, Vario *Multinumus*: ad quorum similitudinem

similitudinem eleganter vocabulum hoc παπυρος conformavit.

f *Nassæ*] Nassa propriè textum vimineu, in quod escâ imposi â pisces alliciuntur, ita ut ingredis non pateat exitus. Hic metaphoricè accepitur pro dolis & machinationibus fraudulentis.

g *Librata vulnera*] Id est, tela jampridem librata tandem ej cularis, & hostem vulnerare. *Librare* enim de telis dicitur cum i sictum licui intentamus. Virg. 9 Æn. *Ecce aliud summa telum librabat ab aure.* Quo exprimitur gestus hastile vibrantium.

e *Pervicax* Quasi per vim perseveraas, nulli cedens Græcè σκληρυνχω ἰσχυρόγνωμον

i *Vesania*] παραφροσυνη, seu potius μανια, & vecordia crudelis & furiosa. Ita Catullus vocat *ventum vesanientem.*

k *Eliminetur*] Quasi extra limen ejiciatur est enim *eliminari* extra limen efferre. Horat. *Ne fidos inter amicos Sit qui dicta foras eliminet.*

l *Impari*] Pro imperii, apocope poetis usitata. Virg. *Tuguri congestum cespite culmen* Ita *Psal.* 13. dixit *auxili*, pro auxilii. *Psal.* 55. *Consili*, pro consilii, Et alibi *Ingeni*, pro ingenii.

PSALM. XI.

a *Nervo sagittas admovet*] Quasi de arcu Scythico, (türtschbogen) loquatur cujus nervo crena seu incisura sagittæ immittitur à sagittario, priusquam arcum tendat.

b *Speculatur*] Quasi è specula cæli intuetur. Eodem panè verbo utitur Prudentius, in versibus omnium piorum observatione dignissimis, & cum hoc quoque Psalmi loco planè congruentibus:

Sreculator adest desuper,
Qui nos diebus omnibus.

Actus qui

Actusque nostros prospicit,
A luce prima in vesperum.
Hæc tesqua, hic est arbiter,
Hic irritetur quidquid est,
Humana quod mens concipit.
Hunc nemo fallit judicem.

c *Remisto*] Pro misto. Compositum pro simplici. Horatius arte Poet. *Sic vera falsa remiscet*, pro miscet.

PSALM. XIV.

a *Repagulum*] Repagulum proprie in circo illud quasi obstaculum erat, quo demisso equi cursores ab excurrendi libertate cohibebantur: eodemque sublato ad cursum emittebantur, ein Rennseil schlahen thun. Accipitur etiam pro obice seu pessulo quo fores muniuntur, ein Riegel oder Brüthel. Unde Plautus Cistellariâ conjungit: *Occludite ædes pessulis, repagulis.* Nonnullis etiam idem significat quod Græcis κάλυπτρα, seu operculum.

b *Planctus*] Proprie ejulatus cum pectoris percussione.

c *Aure trahens*] Poetice pro, exaudiens.

d *Toxica*] Toxicum pro veneno accipitur, teste Plinio; dictum a taxo arbore venenata. Vel quod τοῖς τόξοις id est sagittis illinebatur. Dioscorides enim lib. 6. scribit, Toxicum dici ἐκ τῶν τοὺς τόξα τοῖς βασιλέων ἐπαλειφόντων. Alii à τοξεύω, id est, jaculor deducunt, quod venenum in imas corporis partes penetret. Utuntur eo Plautus, Horatius, Propertius, & alii, vide Plin. lib. 16. cap. 10.

PSALM. XIII.

a *Me dolore gaudent*] Significat ὀπισχαίνειν, qui Germanis est ein Schandfro, vitium proprium diabolo hominibus prorsus malis,

PSALM.

PSALM. XVI.

a *Affectus*] Abundanter, ἀδένος Cic: *Puto me Dicaearchi Assarum satisfecisse.*

b *Agricolatio*] Pro agricultura, vox Columellæ.

c *Stimulor pectora*] Græcissimus, pro, pectus mihi stimulatur. Ita Horatius dixit: *Purgor bilem*, id est, bilis mihi expurgatur. Eurip. Hecub. τυφλᾶμαι φρένας ὀμμάτων

d *Tartari*] pro inferno, Virgil.

tum tartarus ipse.
Bis patet in præceps tantum tenditque profundum,
Quantus ad æthereum cæli suspectus olympum.

PSALM XVII.

a *Cognitorem*] Quis propriè dicatur cognitor, optime pater ex commentatione Asconii in illud Ciceronis primâ Verrina: *Me defensorem calamitatum suarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris sui me actorem causæ totius esse voluerunt.* Sic enim ibi Asconius: *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur si orator est, Aut advocatus; si aut jus suggerit aut præbet aliquam suam commoditatem: Aut procurator si negotium suscipit: Aut cognitor; si præsentis ea ipsa novit, & sic tuetur ut suum: Ergo cognitorem dixit modo familiarissimum defensorem.*

b *Cogitatus arcanos*] Pro arcanis cogitationibus dixit.

c *Orbitam legum*] Elegans metaphora, alia *orbita* propriè est ἅρματροχιὰ, seu vestigium totæ in via decurrentis. Etiam apud Virgil: 3. Georg. *Cæstalium molli divertitur orbita clivo.* Unde verbum *exorbitare* utitur eadem voce Psal 31.

d *Impotentum*] Impotens hic non significat invalidum, sed eum, qui iræ aut aliis suis cupiditatibus moderari

molerari non potest. Homo impotens, Germanicè est ein ungehaltener mensch, quales ferè sunt divites luxuriosi.

e *Saßeis ventri*] id est suppeditas.

f *Hilarus*] Ab hilaro, quod est exhilaro, seu jucunditatem affero Ovid. *Hos ubi facundi tua vox hilaraverit ori.* Verbum à Cicerone quoque usurpatum.

g *Tueri*] Pro intueri Sicut Ovidius. *Os homini sublime dedit, cœlumque tueri Iussit.*

PSALM XVIII

1 a *Torrentibus aquis*] Torrens alias substantivè fluvium significat, non vivâ aquâ, sed pluviis crescentem, qui Græcis est χαραδρεὸν ἢ πέτραιος χαραδραῖος Hieronymus participio usus est, ad imitationem Virgilii, cujus Eclog. 7. hi sunt versus:

Hic tantum Boreæ curamus frigora quantum
Aut nimirum lupus aut torrentia flumina ripas.

Et Georg. 2. *Torrentem undam levis innatat alnus.*

b *Olympi*] Olympus dictus est, Theone interprete Aratti teste, quasi ὀλόλαμπος, quod totus luceat. Quamvis Cæsar Scaliger putet dictum, quasi ὀλοόρια πόλις. Ut esset montis nomen ob altitudinem, quem cum attenderent, interrogati quo irent, dicebant, in cœlum. Unde cœlo communicata vox. Aristoteles tamen, aut quisquis est auctor libri de mundo, usitatum crimen ipse quoque probatis verbis, interpretatur Budæo: *Deus in excelso situs est, purus ipse, in puro loco. Quem locum tum ὑπερουράνιον ab origine vocis dicimus, quasi terminum extremum supremorum corporum, ut (dictus sit ὑπερουράνιος quasi ὑπὸς τὸν οὐρανὸν, tum etiam Olympum, ut usque quaque lucidum, ab omni caligine secretum, motuque omni incondito, cujusmodi sunt, qui apud nos venti fiunt & tempestates. Id quod his verbis significat Homerus:*

Esse

Esse solum divis sub nixum Olympum
Fama est haud ventis tremefactum haud imbribus udum,
Acprocul a nimbis serenum: nubibus illinc
Splendescit summotis undique expanditur æthere.

Hujus autem rei cognitionis est mortalium consensus Religione mundi summam non dubitè Deo tribuentium. Quam ob causam ipsi manus tollimus suprà, in eo vota concipienda. Hic ibi Aristoteles, locum autem Homeri, quem citat respexisse videtur & Solinus, cap. 13. cùm ait: *Olympum ab Homero non per ambitum celebratum, docent quæ in eo visuntur. Primum excellenti vertice tantus attollitur, ut septima ejus cælum accolæ vocent. Ara est in cacumine Jovi dicata, cujus altaribus si quis de extis inferatur, nec diffletur ventosis spiritibus nec pluviis diluatur, sed volvente altero anno cujusmodi victima fuerint, ejusmodi reperiuntur. Et omnibus tempestatibus corruptelæ auratum vindicatur, quicquid ibi sumel est Deo consecratum. Litteræ in cinere scriptæ, usque ad alteram anni cæremoniam permanent.* Hæc Pol. histor. Olympi altitudinem Xenogoram invenisse scribit Plutarchus in vita Æmilii, atque ideo erecto in montis vertice monumento, & additis carmine, rem posteritate testatum esse. Diodorus quoque Siculus lib. 5. in descriptione Panchææ seu Arabiæ felicis, de Olympo scribit, quod sit mons excelsus dictus diis, & cœli quoque sedes dictus, & olumpus triphylius. In fabulis enim esse antiquum illum Cœlum Terræ imperantem familiariter in hoc loco versatum, & ex ejus altitudine Cælum ejusque sidera esse contemplatum. Homerus quidem primo Iliados Olympum ὑπερνέφελον appellat, q. d. valde nivibus conspersum. Sed interpres refert hoc ad partes Olymp: quæ sunt ἀνὰ τοῖς νέφεσι τὰ ἄκρα τῦ ὄλυμπου ὃς ὑπερέχει καὶ ὑπερτείνει τῶν νεφῶν, κἀτὰ καταμβρὴν) Ubi etiam adducit versus, quos paulo ante a Bulæo latinitate donatos

donatos ex Aristotele adducebamus:

Ὀλυμπόθεν ὅτι φασὶ θεῶν ἴδος αἰσυμνητῆρι
Ἐμμεῖναι, ἔτ᾽ ἀνίμιστοι τιτύσκεται, ἔτε ποὶ ὄμβρε
Δύνεται, ἔτε χιὼν ὅπ᾽ πλάταν, ἀλλὰ αἴθρη
Πάντοθεν ἀνεφελὸς λὶ υκὺδ᾽ ὅπιδέ ἐρμῆ αἴλη.

e *De naribus*] ἀνθρωποπαθῶς. Cum enim in Scriptura Deo ascribit os, oculos, aures, manus, pedes, & similia, non propterea Deum eo portum debemus imaginari, quod olim fecerunt Anthropomorphitæ, Talis enim loquendi formæ non tam exprimunt, qualis sit Deus, quam ejus notiam incomprehensibilem tenuitati nostræ accommodant. Ita enim, velut nutrices cum infantibus solent, Ibutire nobiscum Dominus videtur, ut, cum naturam ejus intelligere nequeamus, quasdam suas proprietates membrorum nomine nobis adumbraret, ut providentiam oculis, fortitudinem brachio, iram naribus, atque ita deinceps.

d *Favilla*] Cinis est calidus, sub quo ignis absconsus latitat & fovetur, de quo Horatius, *Incedis per ignes suppositos cineri doloso.* Saxones vocant ameer.

e *Fuscæ*] Color fuscus subnigricans est, ex rubro in nigrum degenerans. braun

f *Adremigat*] Quid sit remex & remigium in re nautica, notum est. Quia autem volantibus eundem usum in aere præbent alæ, quem navicularibus in aqua remi: eleganti metaphora, id quod de navigio provehitur dicitur, transfertur ad volatum. Ita Virgilius *remigium alarum* dixit.

g *Furvus*] Color furvus est idem cum atro, seu anthracino, ut est, carbonis instar nigro.

h *Ex oculis vibratæ ſpiculæ flammæ*] Talis enim est vultus iratorum. Ita Virgilius de Turno irato:

——— *torquet que ferentis ab ore*
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis,

i *Simu-*

i *Sinuosa*] Sinus in corpore humano ea pars dicitur quæ est intra pectoris brachiorumque complexum, ad ipsa præcordia. Terent. *Hicccine non gestandus in sinu est?* Hinc sinus vestium appellarunt plicas, seu, plicaturas vulgo dictas. Virg. *Nodoque sinus collecta fluentes.* Item sinus maris, seu partes littorum, propter excursus maris incurvas, qui si majores sint, a nostris nautis nominantur ein Wick, Græcis κόλπος. Hinc quicquid incurvum est & multos sinus habet, dicitur sinuosum, ut mare, vela, cauda serpentis, vestes & alia.

k *Inane*] More Lucretii, pro vacuo, vel ipso aere, quod Horatio est, *ne funum: Pierunque per purum tonantes Egit equos volucremque currum.* Per purum, id est aera, quod Græci dicunt, διὰ τοῦ αἰθέρος, per æthram

l *Laticum*] Latex Lucretio est omnis humor aut liquor qui in re aliqua latet, ut latex absinthii, pro succo de absinthio expresso. Item *liquoris vitigeni laticem* nominavit vinum, Ovid. *Palladios latices*, pro oleo. Hic simpliciter accipitur pro aqua.

m *Hiant tellus*] His & sequentibus terræ motus indicatur, quo terra aut egeritur, aut complanatur, aut in voragines dehiscit.

n *Chaos*] Vox Græcis & Latinis poetis usurpata, significat rudem indigestamque molem, seu confusionem & congeriem rerum omnium informem: ex qua mundum & reliqua in mundo creata esse poetæ fabulantur. Ovid. Metam.

Cæca fraus arte] Cæcum hic est occultum, clandestinum, sive ἄδηλον, quod sub aspectum non cadit, ita Psal. 27. *Fraus cæca sit formidini.*

p *Celebri me in luce*] Ita Cicero ad Q. Frat. inquit: *Ejus virtutem non latere, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ provinciæ esse positam.*

q *Florentes ære phalanges*) Id est splendentes. Arma enim

enim exercitus, præsertim sole lucente, latè micant & è longinquo conspicua sunt. Respexit autem hic Paraphrastes ad vetus illud, *florentes ære catervas*. Poetæ verò epici, Servio etiam teste, verbo *florendi* variis omnino in rebus passim usi sunt, ut apud Lucretium sunt *florem alumina flammis*, id est, splendentia & latè lucentia. Eidem *mare navibus urbes pueris florat*. M. Manilius quoque nomen *floris* elegantissimè ad stellas transtulit. Sicuti Columella non minus eleganter nomen stellarum & siderum ad flores transtulit terrestes. Quod enim in cælo sunt stellæ, id in terra sunt flores, & è contrario. Versus Manilii libro 5. Astronomi sunt pænè in extremo.

Tunc conferta licet cœli fulgentia templa
Cernere se nimiis densis, totisque micare
Floribus, ut siccæ curruntur per littus arenæ.

Sic ἀνθεῖν quoque usurpant poetæ Græci. Sic Æschylus ἄνθος. Homerus σπέρματα πυρὸς dixit. Et Virg. *semina flammæ*, alii *florem ignis* dixere, ut ad locum illum Manilii monet incomparabili patri similis filius Josephus Scaliger.

r *Phalanges* (Phalanx propriè acies Macedonum quadra agendionis pedetum millibus constans in qua pes pedi, clypeus clypeo, vir viro consertus erat: quâ nihil apud Macedonas validius, ut lib 9. Q. Curtius scribit.

s *Obsessa viarum*) Pro viis insidiosè obsessis. Forma loquendi poetis & historicis non infrequens, ut *Ardua terrarum, opaca locorum, angusta viarum, abdita literarum cava saxorum, devia sylvarum summa vel invia montium late camporum &c.* Ita Psal. 96. dixit, *prospera bellorum*, sicuti Horatius, *peracuta belli*, dixit, quæ Græce dicerentur τὰ κοίλωμα δεινοῦ.

t *Armis reparare ruinas*] Hoc Græcis est ἀναμάχεσθαι quod in extremis periculis propter desperationem sæpe

ſæpe ſaluti fuit cum aut vincere aut mori pugnanti bus eſt propoſitum. Ita autem affecti maxime ſunt formidabiles. Huc Illud Virgilianum,

Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem

u Boreæ violentiæ] Pro ip o Borea violento poet cè Ita Horat, *Virtus ſcipiadæ & mitis ſapientia Læli*, pro ipſo Scipione & Lælio. Vide Pſal 1. *Impetus.*

x *Parere volentes*] ἐκ ἑκόντος ἐκοντὶ πρᾶσσε, ut Pindarus loquitur. Obedientia enim voluntaria regibus maxime optanda eſt. Ut enim apud Saluſtium loquitur Sylla *Tutius eſt volentibus quam coactis imperitare*, Ita Virg. de ſuo Auguſto: *Iura volenti dat populo.* Invitis enim imperare, ad modum grave et periculoſum eſt. apud Pindarum eſt, ἑκόντα πρέσσειν, Olymp, Ode 6.

PSALM XIX.

a] *Inſanientis ſapientiæ*] Ita Horat. Ode 34. lib. 1. vocat philoſophiam Epicuri, ſpeciem quidem ſapientiæ habentem, ſed quæ penitius introſpecta merateſſet inſania. Figura quam Rhetores vocant, ὀξύμωρον, q. d. acutiſſimum, *Eſt enim*, ut Quintilianus ait, *ſententia ex periculo petita, ſententia affectata & acute enuntiata, ut primo intuitu falſa videatur: ſed tamen poſtea peculiari cum acumine conjuncta deprehendatur.* Ita Cic. *Si ſtulti ſatis diuturni.* Et al bi Horatius: *Sitientis nos exercet inertia.* Item *Concordia diſcors. Dies perjura. Ebrietas ſobria.* Talia Græcis ſunt σοφὸς ἀνὴρ φεύγει ἀξίωσιν ὕπνος ἀνυπνος γάμος ἀγαμος, &c.

b *Fornice ſtammeo*] Quid fornix in edificiis ſit notum eſt. Hic accipitur pro concavitate cœli ſtellis exornati et diſtincti.

c *Pelagi arcum*] Indicat maris quaſi globum. Mare enim cum terra in egrum globum conſtituit.

d *Fortuito*

d *Fortuito*] Penultimâ longâ ad imitationem illius Horatiani, *Nec fortuitum spernere cespitem leges sinebant* Ode 15 *lib.* 2. Et etiam *to Gratuitum* & similia pronunianda esse confirmat genere & doctrina clarissimus ille Janus Dousa lib. 11. Præcidan. ad Petron. Arbitrium.

e *Sid ra obliqua*] intelligit duodecim signa Zodiaci, quæ sol motu proprio quotannis semel peragrat.

f *Jugiter*) Juge est, quod perpetuum aut continuum est Horatius: *fluvius perennis jugis aqua.* Et Ierem. 2. 13. 6. *Testo vicinus jugis aqua fons*, id est, perenni scaturigine fluens. Hinc *jugiter.*

g *Simplex error*) Simplex est veritatis oratio, sed mendacia perplexa & intricata cùm sint mulcis involueris indigent. Rstionem metaphoræ vide Ps. 18

PSALM. XX.

a *Adyto*] Intelligit partem templi intimam & sanctissimâ, quam phrasi Ebraâ, *sanctum sanctorum* appellabant: unde responsa & oracula olim reddebantur. 2. Æneid. *Ajy, aaytis hæc tristia dicta reportat* ὁ νεὼς id est, i. q. ed. or. hinc *ἀδυτον* locus in accessus; ait, si de templo Hierosolymitano loquamur, nemini patens, præterquam summo sacerdoti. Hinc Lucretius per metaphor. eleganter dixit, *aaytum cordis.* Et ipse paraphrastes *Psal.* 57 hanc vocem ad cœlum, quod adyto templi significabatur, transtulit.

b *Axes asperare falcibus*) Indicat currus *δρεπανηφόρους*, seu falcatos, quorum in bello veterum usus erat. E curribus enim veteres pugnasse, vel ex Homero notum est. Idem in libro Josuæ nominantur *currus ferrei.* Lucretius vocat *falciferos.* Xenophon *ἅρματα δρεπανηφορα.* Livius *quadrigas falcatas*; qui etiam Decad. 4. lib. 7. in descriptione pugnæ, quæ Romani Antiochum superarunt, quadrigas illas sic describit:

Arma æ, inquit, in hunc maximè modum erant. Cuſpides circa temonem à jugo decem cubita extantes, velut cornua habebant, quibus, quicquid obvium daretur transfigerent: & in extremis jugis binæ circà eminebant falces, altera æquata jugo, altera inferior in terram devexa, illa ut quicquid ablatere objiciatur, abſcinderet, hæc ut prolapſos, ſubeuntesque contineret. Item ab axibus rotarum utrinque binæ eodem modo diverſæ deligabantur falces, &c. Eundem meminit & Curtius in pugna Alexandri & Darii.

c *Hoſtica*] Pro hoſtilia, more Horatiano, *illum ex mœnibus hoſtica*. Item, *Cædes & rubiem tollere civicam*, pro civilem.

PSALM. XXI.

a *Meditatio ſi*) Accipitur pro quadam implatione et fatietate rei alicujus perfectæ, quâ majus aut melius optari nihil poſſit.

b *Inimicos*) qui Græcis ſunt πολέμιοι, ſeu hoſtes, quod ammodo ἀπροσδοκήτως, & pervicaces.

c *Sylvæ brachia*) Invectarium arborum portiones.

d *Denetes*) a demere, demeſſui.

e *Inhoneſta vulnera*) Inhoneſtatis enim ſeu turpitudinis & fugæ infamis ſignum eſt, vulnus tergo aut poſtilibus acceptum, corpore ſic ſecto non adverſo, ſed averſo. Hinc apud Catullum ſic laudatur Achilles:

Hoſtibus haud tergo, ſed fronte & pectore notus.

PSALM. XXII.

a *Civitatis incola*) Græcis πολιοῦχος.

b *Nictatque*) Nictare eſt oculis ſignum dare ad convivere. Plautus Aſinaria, *Nec illa ulli homini nutat nictet, annuat*. *Nictantia quæque ſidera* dixit Maro apud Cyri. Videntur enim convivere.

c *Efferati*) Efferare est aliquem irritando & molestando instar feræ ferocem & immanem efficere.

d *Liquitur*) id est, liquescit, ad imitationem Virgilii 1 Geo g.

Vere novo canus gelidis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit.

e *Defecta viribus*) Viribus destituta Martialis:

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ.

Cantator cygnus funeris ipse sui. Hinc *defectus facultatibus* in Jure civili ab Ulpiano dicitur ad egestatem redactus, ut creditoribus satisfacere non possit.

f *Translucentia*) Pellucida, à trans lucco.

PSALM. XXIII.

a Tenebras) Quæ horrorem & trepidationem concitant, Metalepsis.

b *Pedo*) Pedum proprie est baculus pastoritius incurvus, Virg. *At tu sume pedum.*

PSALM. XXV.

a Mysteria) Μύω, id est, in sacris instituto & instruo, unde Germanicum **weihen**. Item μύω unde μύειν, est in latibula se abdere, instar muris, qui, ut volunt nonnulli μῦς propterea dictus est. Μύω quoque vel μύζω est, quod os comprimo, seu musito, quia oportebat, ut docet Eustathius, τὰς μύησεις μύειν τὸ στόμα καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἁμαρτάνοντας. Aristoteles est μεμυκὼς τῷ στόματι, qui ore est compresso. Hinc mysterium accipitur pro re sacra & arcana, & occultam significationem habente. Germ. **ein geheimnus.**

PSALM. XXVII.

a]Ntuer) Antiquè, pro intueor. Plautus Mostellaria: *Nullam cernicem intuor.* In præterito intuitus vel intuitus sum. Infinitivo intui.

b *Vitam quam debet tibi*) Bella phrasis, quâ uti possumus, cùm alicujus erga nos beneficentiam volumus agnoscere & celebrare, & omnia nostra illi accepta referre. Ita dicimus, *Salutem, incolumitatem, dignitatem & felicitatem suam alicui debere.*

c *Fatisceret*) Fatisco, quasi fatim vel affatim hisco, id est, aperior, χάσκω. Virg. 6. *Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt*, id est, valde aperiuntur, **sich von einander thun, oeffnen sich einander spalten.** Aliquem quem dehcere, aut laesescere significat, ut hic, & apud Lucretium: *Animæ natura fatiscit Fessa avo.* Item Psal. 104. *Te vulnerante fatiscunt.*

d *Præstolor*) Præstolor est quasi præstò esse. & apparere, **etwann auf dienste warten auffwarten.** A præstò, præstolus, unde præstolari. Hic simpliciter pro exspectare accipitur.

PSALM. XXVIII.

a *Vpplicijs*) Hâc voce propriè utitur versu 19. hujus Psalmi. In loc autem tertio versu more Sallustiano pro supplicationibus eam usurpavit. Sic enim Sallustius cum sæpe alibi, tum in Catilina: *Non vestris neque supplicijs mulieribus decorum auxilia parentur, sed vigilando agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt. Vbi socordiæ atque ignaviæ tradideris, nequidquam deos implores, Irati infestique sunt.* Idem in Iugurtha *Senatus ob ea feliciter gesta dijs immortalibus supplicia decernere* Ita dixit Plin. 2. *Aures supplicijs nunc adhibe meis.* Eodem modo, *Obsidium, pro obsidione*, dixit Corn. Tacitus.

b *Celum pervigil*) *Pervigil* in genere neutro posuit

posuit. Et de stellis, tanquam de cœli oculis, totâ nocte excubias agentibus, eleganter & poetice sic locutus est:

c *Pro sſ mente legant semina*] Respexisse videtur Poeta hæc scribens ad apothegma quoddam M. Pinarii, recitatum à Cicerone in secundo de Oratore his verbis: *Ut olim Rusca cum ferret legem annalem, dissuasor. M. Servilius, Dic mihi, inquit, M. Pinari, num, si contra te dixero, mihi maledicturus es, ut cæteris fecisti? Ut semanum feceris, ita metes, inquit.* Cui simile est illud 3. Rhet. Aristotelis οὐ δεῖ πᾶσιν αἰσχρῶς μὴ ὑποπίπτειν καὶ δεῖ ἐνίοις.

d *Hebri progenitus*] Heber pro nepos Semi fuit à quo posteros omnes dictos volunt Hæbræos, Genes. 11. Luc. 3. vixit annos 464. Aliis non ab Hebero certo aliquo viro dicto videntur Hebræi, sed potius ab Habirami nomine non proprio, sed cognomine, quod apud Chananæos habebat, cum transitor vel transvectus est dictus, eò quod vocante Domino è Babylone & Mesopotamia esset egressus, & fluvium Euphratem transmisisset, & perpetuo ex uno loco in alium commigraret. Ita Genes. 39. de Josepho dicitur, Venit ad me servus Hebræus ut illuderet mihi. Non quod jam tum esset populus aut natio tali nomine insignis, sed quod Josephus inter Ægyptios & servus & peregrinus esset, quorum utrumque majorem modestiam deceret. Hebræi vero ipso hoc nomine & conditionis suæ in his terris & de meliori & certiori patria in cœlis quærendâ monebantur.

PSALM. XXIX.

a *Dorea*] Vox usurpata ab Horatio ode 4. l. 4 *Qui primus alma riſit adoreâ*, quam vetus interpres laudem bellicam significare ait, qui vocores faciat adorandos. Festus autem Pompeius de eadem voce hæc

habet: *Ader farris genus, hinc adoream laudem sive gloriam dicebant; quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. Adorea autem pro laude accipi cœpta est, postquam præmium militibus frumentum erat pro victoriâ.* Hoc Plin. lib. 18. cap. 3. *Gloriam inquit, ipsam a farris honore adoream appellabant.* Et Plaut. *Qui multis præclarè atque adoreè affecit populares suos.* Unde adorea sus idem quod ἔνδοξος. Joseph Scaliger in Festum.

b *Ad Patrandum*) Patrare idem est, quod perficere, aut ad finem producere, Græcè διαπράττειν. Cic. 2. de legib. *Opera patrare.* Epist. ad Attic. *Promissa patrare.* Sallust. Jugurtha, *spe patrandi belli omnes asperitates vincere.*

Tesqua) Vox antiqua Sabinorum, significans loca deserta, inculta & aditu difficili. Hor. Epist 14. *Deserta & inhospita tesqua.* Hic contraria sunt Tempe.

d *Robora concedunt*) Robur species quercus durissimæ est. Hor. *Illi robur & æs triplex &c.*

e *Tellus Dædala*) Quicquid varium & artificiosum est, id Poetæ vocant Dædalum, Lucret. 1 *Tibi suaves Dædala tellus submittit flores, &c.* De hac voce Festus: *Dædalam a varietate rerum artificiosarum ut dictum esse apud Lucretium terram, apud Ennium Minervam, apud Virgilium Circen, facile est intelligere, cum Græce δαίδαλον significet varium.* Item *Psal.* 102. dicit: *Mundi Dædalimachina.* Hinc δαιδάλμενα opera sunt artificiosa, Pindar.

PSALM. XXX.

a Pectro) Vox origine Græca, significat enim πλῆκτρον aculeum vel calcar. Unde Aristophani πλῆκτρον ἀλεκτρυόνος, calcar est gallinacei. Significat etiam vox eadem radium, citharæ, aut paxillum, quo Fides suo chordæ cohiret [illegible]. Unde

Unde apud Clementem est πλήκτρον κιθάρας. Postea etiam nomen plectri datum, est aculeo illi ferreo equinis teretibus, qui resinâ illitus, & chordis susq; deq; affricatur, eas sonoras facit. Accipitur & pro ipsa lingua, quæ in formanda voce articulata, quasi plectri officio fungitur.

PSALM. XXXI.

a *Aperta*] Pro aperta, Sicuti Horatius. *Hic murmuhoneus esto Nil conscire sibi, nulla pallescere culpâ.*

b *Obliterator*] Obliterare est literas tabulæ cereæ inscriptas inducere, vel cha tæ inscriptas eradere, & quasi è memoriis delere. Item obscura facere, & in oblivionem ducere. Catullus :

Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.

c *Fila vitæ*] Phrasis ad eorum Parcarum accommodata Significat autem, totum suæ vitæ cursum sive tenorem divinâ providentiâ gubernari.

d *Exspes*] ἀέλπτως qui est sine spe. Horat. arte Poet. *Si fractis enatas exspes Navibus.*

PSALM. XXXII.

a *Foveabam meorum, sub tacito sinu)* Congruunt cum his versus Sedulii.

Magna est medicina, fateri
Quod nocet abscondi quoniam sua vulnera nutrit
Qui tegit, & plagam tripidat nudare medenti.

b *Averti per æstum*) Sole ingrediente cancrum dies est longissimus atque adeo solstitium æstivum; quo maximi ferè calores sentiuntur.

Lupatis) Lupatum est frænum asperrimum, à dentibus lupinis qui inæquales sunt, dictum. Virgil. 3. Georg. *Pressi, ut negabant Verbera dura pati, & duris parere lupatis.* Ovidius equo domito dixit.

Et placido duros accipit ore lupos.

a *CHelys*) pro cithara seu testitudine. Primam enim citharam è testudine factam volunt. Alii sic dici volunt asserem perforatum, qui in testudine ponticulum sustinet, & sonos re percussu reddit, vulgo Rosa.

b *Nablia*) Nablium & Naulium, ab Ebræo Nebel deducunt, quâ voce instrumentum musicum seu Psalterium significatur, ad quod Propheta regius hymnos suos decantabat. Meminit ejusdem Ovid.

Dsce etiam duplici genialia verte palma.
Nablia; conveniunt dulcibus illa modis, Psal. 7. dicit, *Te citharæ canam Nablaque* Vide Nomenclat. Had. Junii.

c *Bis quinis nervis*) Indicat δεκάχορδον. Instrumentum musicum à decem chordis seu nervis sic dictum.

d *Sinuavit orbem*) In formam videlicet circularem.

e *Renidet*) Id est, fulget. Horatius, *Nostrum risisse puellam Impransis, non est mirum, quæ dente Lycisco Rasit amatorem.* Ridere enim est ore aperto, & dentibus ostentis subridere.

f *Campis ætheris igneis*) id est, in ipso cœlo, stellis, & sideribus lucent Poeticè. Ita Lucretius *campos natantes*; & Virgilius *campos liquentes* dixerunt pro mari. Sic etiam versâ æquor campi, dicitur de planitie terræ spatiosa.

g *Cujus a nutu viget interitque Quolcunque interit aut viget*) Exemplum anadiplosεos, seu ἀναλογίας quale illud Ciceronis: *Audes in horum conspectum venire proditor patriæ proditor, inquam patriæ, venire audes in horum conspectum?*

h *Incassum*] Dictum vult Servius, quasi sine cassibus sine quibus venatio inanis est. Virg. *Turne tot incassum fusis patiere labores?* Item de igni: *Incassum furit.* Alias cassum dicitur inane & vacuum, & quasi re aliquâ carens

carens aut vacans. Lucret. *Anima caſſum corpus*, pro cadavere. Virg. *Nullum cum vitiis certamen & æthere caſſis.*

i *Irretorto*] Qui nunquam ſcilicet aliò convertitur aut retorquetur. Ita Horat. ode 2. lib. 2.

Quiſquis ingentes oculo irretorto ſpectat acervos,

PSALM. XXXV.

a *Amiculi*] Diminitivum ab amico. Horatius : *Diſce docendus adhuc quod cenſet amiculus.* Amiculum alias genus veſtis eſt.

b *Fax populi*] Meraph pro infima plebe : quam Cic. *ſentinam urbis nominat.*

c *Balatronibus*] Balatro vaniloquum et futilem ſignificat, qui Græcis eſt λαβραγόρας, σπερμολόγος. Idem ſe è ſignificat balatro.

d *Dentem dente acuunt*] Id eſt, dentibus frendent, quod ſignum eſt iratorum & vindictam expetentium. Pſal. 113. dixit ; *Dentem fatigans dente vindicabitur.*

e *Euax*] *Euge.* Interjectio exſultantis, à Plauto quoque uſurpata.

PSALM. XXXVI.

a *Nivoſis montium faſtigiis*] Vertices enim altorum montium etiam media æſtate nivibus albent.

b *Vitæ fonte*] Deus enim fons vitæ vocatur : quaſi hic as plenitudinem inexhauſtam, & perennem ſcaturiginem vitæ & omnium bonorum, quibus totum genus humanum perfunditur. Sic Ierem. 2. *Duo mala fecit populus meus ; me dereliquerunt ſcaturiginem aquarum viventium, ut effoderent ſibi ciſternas fractas quæ non capiunt aquas.*

b *Exigat tectis*) Id eſt expellat, ejiciat. Ita dicimus, exigere aliquem foras. Aliud eſt, *exigere ætatem*, pœnitentiam, *mercedem*, *pœnam*, *opus*, &c.

PSALM. XXXVII.

a [*Rasirgitur*] Id est, stomachatur & indignatur. *Ringi* proprium est canum, cum sub tractaturi.

b *Recul.*] Diminutivum à re.

c *Fastigiosa copia*] Quæ parit fastigium. Ex copia enim & abundantia nascitur satietas: ex satietate nausea & fastigium. Cum interim αὐτάρκεια vel quidem μὴ ἐυπρέπεια, sed tamen mundo apparatu summa cum voluptate & sincerâ oblectatione fruitur.

d *Fœnerat*] Usuris suis alios deglubit & exsugit, quod divitum epulonum proprium est.

e *Laureæ*] Pro lauro. Virg. *Semper sua laurea Phœbo.*

PSALM. XXXVIII.

a [*Vridam*] Color luridus est, qualem in vibicibus videmus, a similitudine coloris lutæ, id est utris coriacei, ut Junius putat.

b *Sinuque squalentis*] Est enim situs ἀυχμὸς ille seu squalor qui capite, vultu, vestitu et lugentium habitu conspicitur. Virgil *Fœdasque in crinibus* : aliâ propriè lanugo est, ex rebus putridis in locis subterrentibus enata der schimmel.

c *Vibice*] Vibex, vibicis, penultimâ longâ, vestigium verberis aut plagæ est, in carne remanens, striemen.

d *Area cruenti corporis exarati*] Metaphora poetica audacior quam tamen epithetis mitigant. Sicuti enim subjectum vomeris est area aliquando subjectum flagelli est corpus hominis et sicuti per arationem fiunt sulci, ita post flagra remanent vibices.

e *Sulcis flagrorum*] Poeticè prò vibicibus.

f *Vivum*] Vivere hic est non tantum vita frui, sed etiam suaviter & genialiter vivere & voluptati indulgere. Catul. *Vivamus mea Lesbia.* Cic. *Sed quando vivemus*

vivemus? Quasi in laboribus & molestiis quotidianis *βίοις* homini *ἀζήτοις*.

PSALM. XXXIX.

a *Peccata fontem meæ miseriæ*] Elegans metaphora. Peccata enim verè sunt initium & causa & quasi scaturigo omnium nostrarum miserarum. Sicuti alius quispiam stomachum quoque corporis morborum fontem esse dixit.

PSALM. XL.

a *Lenibat*] Proleniebat. Ita Terent. Phorm. *Scibam* pro sciebam. *Insanibat*. pro insanichat.

b *Vorago*] Vorago à vorando, est hiatus seu barathrum præceps & omnia absorbens, ein grundlose tieffe.

c *Dulce loquentibus*] τὸ *dulce*, usurpatur *ἐν τῷ ἐπιτελικῷ* more Græco. Ità Horatius. *Dulce ridentem Lalagen amabo, Dulce loquentem*: Ita Græci, *ὀξυβελὲς ἐπὶ τοξεύειν*.

d *Aurum vellis*] Olim gentili quâdam superstitione singulæ corporis humani partes tutelæ Dei, seu potiùs Dæmonis alicujus peculiaris consecratæ credebantur. Ita caput sacrum erat Jovi, Neptuno pectus, cinctura Marti, frons Genio, supercilia Junonis oculi Minervæ, aures Memoriæ, dextra Fidei, genua Misericordiæ, pedes Mercurio, &c. Cùm verò aures instrumenta sint auditus, & ipsum audire signum sit obedientiæ, qui aliquem monere, eumque obedientiâ præstare volebant, aurem ipsi vellebant, quasi aures cum expeditas habere, & attendere *juberent*. Eadèq; ex causa morem caput aperiendo originem habere, credibile est. Sicut enim, qui aures involvit, & obtegit, eo gestu indicat, se nolle audire: ita qui auribus velum demit, eo ipso innuit, se præstò & ad audiendum

dum obſequendumq; promptũ eſſe. Virg. Ecl. 6. *Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem vellit & admonuit.* Imò Eſaias quoque cap. 50. *Dominus, inquit, aurem mihi vellicavit diluculo.*

r *Tergeminis honoribus.*] Verſus Horatii ode 8. lib. 1. Intelligit autem plauſus tergeminatos. Quod Roma in theatris fieri ſolitum, pater ex illo Virg. 2. Georg.

——— *Hunc plauſus hiantem*
Per cuneos (geminatur enim) plebiſque patrumque
Corripuit, &c.

PSALM. XLI.

a LEctulum verſabit] Verſare eſt crebrò vertere & evolvere. Horatius,

——— *Vos exemplaria Græca*
Nocturna verſate manu verſate diurna.

b *Miſſa cœlitus vis mali*] Quæ Euripid. eſt συμφορὰ θεήλατος

c *Recalcitrat*] Metaph. à bobus contra ſtimulum calcitrantibus, aurà pullis equarum lacte ſaturatis: de quibus ſcribit Ælianus variæ hiſtoriæ lib. 4. πῶλος ὃν ταν κορεσθῇ τῆς μητρὸς γάλακτος, λακτίζειν μανίεται Horatius de Cæſ. Auguſt.

Cui malè ſi palpere recalcitrat, undique tutus.

In ſecundum Librum.

Pſalmorum.

PSALM. XLII.

a REducem) Redux is dicitur, qui ex peregrinatione exilio vel captivitate in patriam revertitur. Terens. Heaut. *Tu nunc ſola reducem me in patriam ſocia*

b *Jordanis*] Fluvius Palæſtinæ, baptiſmo Chriſti & aliis

alis mirandis operibus nobilissimus, Nomen habens à duobus fontibus Ior & Dan, è quibus ad radices Libani erumpentibus, postea coeuntibus ipse Iordan profluit: sicuti ex Alpibus nostris Rhenus.

e *Tu si me placido*) Sic Horat. lib. 4. Ode. *Quem tu Melpomene semel nascentem placido lumine videris.*

PSALM. XLIV.

a *Venum dedisti*) Id est, vænum exposuisti tanquam vendendos. Ita dicimus *pessum dare*, quasi pedibus subjicere: vide Psal 9.

b *Nec auctio te dictorem reddidit*] q. d. adeò viles fuimus, ut vænũ exposiri emptorem non inveniremus. Est enim *Auctio* venditio publica, quæ sub hasta ad vocem præconis merces sigillatim proclamantis fiebat, in quã is, qui pretium rei vendendæ maxime auxisset, hoc est qui præ aliis maximè carè eam emere voluisset, mercẽ auferebat. Hinc *auctionari auctionem facere, hasta subjicere in propatulo vendere*, & similia idem significat.

c *Umbram ergastuli*] Ergastulum propriè locus erat, ubi ergastuli, id est, servi conclusi in vinculis & compedibus, opus faciebant, sicuti jam ii faciunt, qui ad triremes sunt condemnati. Unde vox ea etiam pro carcere & custodia usurpatur, cujus squalor & tenebræ nomine umbræ hoc loco indicantur. Hinc Columellæ *ergastularius* est qui præ est ergastulis.

PSALM. XLV.

Micat) Micare est subitò & quasi per brevia intervalla resplendere aut exsilire, aut subitò aliquid extendere. Hinc est *digitis micare*, lusionis genus, quo digitis utrinque extentis, alter alterius numerum divinatione assequi studet. Virg. de equo generoso:

generoso: *Micat auribus, & tremit artus.* Ovid. 3. Fast.

Terror admonitis, eunque timore micat.

b *Leges molli*] ā mollio mollire.

c *Loculis eburnis*] Pro ciſtis eburneis.

d *Myrrha lacrymæ*) Myrrha propriè nomen arbuſculæ Arabiæ eſt è qua amarus liquor myrrha, inſtar lacrymæ deſtillat, ad prohibendas putrefactiones olim tantopere expetitus

e *Stactæque*] στάκτη ut volunt, eſt flos, ſeu ſuccus, ſive oleum, è cinnamomo vel myrrha inciſa fluens.

f *Cassandre*) Quæ alias eſt canella.

g *Ophyro*] Inſula navigationibus & auro Salomonis celebrata. Sed & aurum volunt ab Ophir nepote Heberi, cujus mentio fit Gen. 10. Hanc Joſephus in India ponit, & ſuâ ætate veram auream vocatam confirmat. Ab hac dictum volunt aurum obrizum, quaſi dicat ophirizum.

h *Undarum Regina Tyrus*) Tyrus primò colonia Sidonis, poſtea Metropolis Phœniciæ, talis ferè olim ſitu, opibus & potentiâ in mari Syriaco qualis noſtro tempore eſt urbs Veneta in æſtuariis ſinus Adriatici. Quàm autem ſplendide & opulenter fuerint hæ urbes patet ex 27. et 28. cap. Ezechielis.

i *Murice*) Murex nomen piſcis marini, ex genere conchorum, ex quo color purpureus conficiebatur. Unde ferè *murex* pro ipſa purpura accipitur. *Pſalm.* CIII. *Floria Tyro corrupta Murice.*

k *Gaza (q. potentia)*) Gaza vocabulum origine Perſicum & Germanico ſchatz cognatum. Sicut inter ipſas harum duarum gentium linguas magnam cognationem eſſe perhibent. *De* voce Gaza ſic ſcribit Pomponius Mela, lib. 1. in deſcriptione Syriæ. *Cæterum in Poleſtina eſt ingens & munita admodum civitas Gaza (ſic Perſæ erarium vocant) & inde nomen eſt,*

quod

quod cum Ægyptum Cambyses armis peteret, huc belli & ærarium & pecuniam in ulerat. Unde adhuc thesauros magnos & regios gazas dicimus Q. Curtius lib 3. *Ante solium pecuniam regiam, quam Gazam Persæ vocant, cum pretiosissimis rebus efferri jubet.* Extat vox eadem in sacris literis, Esth. c. 3. 6. In Gazam regis, id est, in fiscum sive ærarium.

i *Pisci*] Dialysis dipthongi, pro pisce. Ut Virgil. *Pisci vestis & auri Aulai in medio, &c.* Et est hoc creberrimum apud Lucretium, apud Virgilium non item Lucretius: *ignoretur enim quæ sit natura animai*, pro animæ &c. Item Lucilius: *Terrai frugiferai*, pro terræ frugiferæ ob quod à Cheest illo quodam, antiquitatis admiratore præpostero, recitatum, ridet alicubi Martialis.

PSASM. XLVI.

a *Reposita*] Syncope, pro repositas. Virg. *Manet altâ mente repostum. Placida compostus pace quiescit* pro compositus.

PSALM. XLVII.

a *Classico*) Classicum accipitur pro tuba, aut buccina. *Classis* est multitudo hominum ordine certo adunata ut in exercitu. Ejus tuba vel buccina vocabatur *classicum*, quo signum prælii dabatur: id qui inflabat, Varroni est Classicen. Servius etiam Tullius in quinque classes distribuit Pop. Rom. pro modo census, seu ut quisque dives esset, ut sic, qui ejusdem census. seu τιμήματος essent, eadem quoque onera ferèt. Unde quintæ classis homines pro infimis & pauperrimis habebantur.

b *Doctimodorum*] pro peritimodorum. Ita Cic. 1. Offic. *Literarum Græcarum doctus.*

c *Prætorio siderum*] Metaphora, quâ cœlum seu cœli regia aut palatium indicatur.

PSALM.

PSALM. XLVIII.

Sion) Mons urbis Hierosolymæ arduus et præruptus arce Davidis et sepulturâ regum nobilitatus.

b *Ad Arcton*) ἐπὶ τοὺς, ursa est. Quia autem in plaga Septentrionali circa polum ursa major & minor conspiciuntur. à quibus etiam polus & circulus arcticus nomen habent, inde fit, ut eo ipso nomine plaga Borealis à poetis indicetur. Sunt autem qui scribunt, non in septentrionali, sed potiùs in meridionali parte Hyerosolymæ, montem istum eique impositam arcem sitam fuisse.

PSALM. XLIX.

Quos dies torret medio axe) Periphrasis plagæ meridionalis, in qua, Sole in meridiano existente, dies omnium sunt calidissimi.

b *Qui finditis solum vitreum ponti orbita nivali*] Circumlocutio plagæ septentrionalis, seu zonæ frigidæ, ubi solum vitreum ponti, id est, maris glacies, sæpe ejus crassitiei est, ut plaustra et rotas sibi impressas possit sustinere.

c *Gazis incubas*) Quod proprium est avari possidere scilicet, sed tamen non uti; seu κτήσις sine χρήσει. Unde de eodem Virg. *Defossoque incubat auro.*

d *Flectet retexere*) Id est movebit, ut retexat aut immutet.

e *Barathri*) Barathrum est locus præceps et profundus unde emergi non potest; aut hiatus naves, aut etiam flumina absorbens. Idem ferè quod vorago. Hic pro sepulcro accipitur.

p *Fulgere*) Penultima brevi per Systolem, more antiquo quasi à fulgo fulgis. Tum enim multa secunda conjugationis verba in tertia usurpabant. Virg. 4. Georg.

Georg. *Stridere apes utero & ruptis effervere costis.* Ita Horatius alicubi dixit *lavere* penult. brevi, pro lavare Ita Psalmo quoque 84. *Tu das conspicuâ fulgere glorîâ.*

g *Mors illacrymabilis*] Quæ nec lacrymat, nec lacrymis movetur.

PSALM. L.

a [*Gnes lumine consecto, &c.*] τὰ ἄψυχα faciens ἔμψυχα Intelligit Solem, Lunam & reliquas stellas, quas alibi nominat pervigiles.

b *Omniparæ terræ* [Id est, omnia parientis, vel parantis. Ovid. vocavit *omniferum* : & apud Virg. *est, terra omnipotentis alumnus.*

c *Holocausta*] Vox Græca, significans victimam, quæ tota accensa igni consumebatur: ab ὅλος & καίω unde ὁλοκαυτῶσαι, &c.

d *Genialis*] Jucundus & voluptatem genio congruentem afferens.

e *Quæ fronte*] Integrane an perfricta? Sicut Terentius dixit, *Quo ore ad eam accedam?* Os enim & frons in Latina lingua pro pudore aut etiam pro impudentia nonnunquam accipiuntur. Unde homo *frontis integræ*, pro eo, cujus pudor & verecundis illæsa est, accipitur cui contrarius est homo *frontis perfrictæ*, qui frontem perfricuit, seu impudens est.

Impatiens regi] Significat homo κακὸν ἄρχειν μηδ' ἄρχεσθαι τεθυότα.

PSAM. LI.

a [*Ave*] Veteri inflectione. Lavere enim antiqui dicebant penultimâ correptâ. Horat. lib. 3. Odet 2 Neq, *mala dulci mala vino lavere.* Vide Psal. 49.

b *Usque & usque*] διηνεκῶς, id est, continuè & quasi absque intermissione. Ter. *Qui hodie usque os præbui.*

c *Sospi-*

c *Sospitator*] Servator. Nam sospitare est servare incolumem, σωτῆρ. Utitur Apulcius in Apologia.

PSALM. LV.

a *Consilii*] Vide Psal. 10.

b *Intumet*] Pro intumescit, quod frequentius est.

b *Balsamo*] Nomen arbusculæ, & ex ea emanantis unguenti nobilissimi, uni Judææ olim concisi, de quo multa Plinius, lib. 12. cap. 25. Et Cornel. Tacitus lib. 21. item Justinus l. 36. Ejus fructus vocatur καρπὸς βάλσαμον, lignum ξύλος βάλσαμον, liquor sive oleum ἐπὸβάλσαμον, quod Plinio est oleum balsaminum.

PSALM. LVI.

a *Superat*] Superare crebrò pro superesse, seu superstitem esse usurpatur, apud Virg.

Quid puer Ascanius superatne & vescitur aurâ
Ætherea? Pro superestne.

b *Quâ fraude, quâ vi*] Ad imitationem illius Terentiani, *quo jure, quave injuria?*

PSALM. LVII.

a *Defervescat*] Metaphora à musto, quod oportet, ζέσαι, id est defervescere, ntè quàm mitescat. Similis ratio est efficaciæ, & indignationis.

b *Adyto Olympi*] Vide Psal. 18. & 20.

c *Invicta*] in omnibus legitur infracta pro non fracta, cum tamen opus esse vix valde frangere. Virgil. *Turnus ut infractos adverso marte Latinos Defecisse videt* infractos, id est valde fractos & debilitatos.

d *Barbitus*] Et Barbiton instrumentum lyricum est, plectro solitum pulsari, inventum Terpandri, vel, ut alii volunt, Anacreontis. Hinc verbum βαρβίτιζειν, id est, barbito canere.

c *Lucifer*

e *Lucifer exiterit ignes auroræ, & aurora cinctus volutum exſuscitet*] Indicatio temporis matutini ſive diuculi. Inquit utrobique τὸ ἑῷον, ἐωθινὸν ornamento bonis poetis admodum familiari. Tale illud:

Increpat aſtutem ſoram Zephyros, mirantes.

PSALM. LVIII.

a *Aſpis*] Genus ſerpentis, de quo vide *Plin.* lib. 8. cap. 23. & lib. 29. cap. 4. Ariſtoteles quoque de animalibus lib. 8. cap. 29. in Africa eum gigni affirmat, ejuſq; ictui nullum remedium. His Cleopatra Regina Ægypti, mori volens ſibi ſcribitur admoviſſe. Torpore autem & ſomno ſuccios necabat. Cur autem vocaverit aſpidem callidam, patet ex Plinio, libro & capite primo indicato. Ubi de aſpidis ingenio ſagaci hæc quodammodo mira narrat. *Unus* inquit *hujus tam peſtiferi animali ſenſus, vel potius affectus eſt. Conjugia ferme vagantur, nec niſi cum compare vita eſt. Itaque alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura perſequitur interfectorem, unumque eum in quantis libet populi agmine notitia quadam inſectatur. Perrumpit omnes diffugientes, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur aut præceleri fuga.*

b *Tardigradus*] Sic Plautus in Amphytr. *gradum teſtudineum* dixit.

c *Limax*] Proprie cochlea nuda eſt ſine domunculam ſuam non circumferens, quamvis Columella dixerit.

Implicitus cancha limax, hirſuta nive cumbe.

Scribit autem Geſnerus ex Alberto quòd limax ſale conſperſus liqueſcat, & in aquam viſcoſam convertatur.

d *Moreſ tur ante ortum tereutis*] Periphraſis ἐκτρώματος, ſeu fœtus abortivi.

PSALM.

PSALM. LX.

a *Dehiſcit*) Dehiſcere frequentativum ab hio, eſt quaſi hiatu quodam ſe aperire. Virgilius.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat.

b *Oraclis* Per Syncopen, pro oraculis.

c *Sichimæ*) Sichem oppidum Sichimetarum in Samaria, non procul à Gazer ad montem, Garizim, prope quod Abraham aliquando habitavit, & ubi fuit fons Iacob.

d *Sucothi*) Sucoth oppidum trans Iordanem, non procul à torrente Iaboc, è regione Ephraim. aliud in vicinia Hierosolymæ prope Emauntem.

e *Syria*) Syria regio aſt Aſiæ majoris ſiſ ima Iudææ inter orientem & ſeptentrionem cujus metropolis Damaſcus, olim Aram, hodie Soria.

f *Moabum*) Moabitæ habitarunt in regione media inter Arabiam et mare mortuum, quæ Moabitis dicta inter Arabiam & mare mortuum, quæ Moabitis dicta eſt, à Moabo Filio Lothi.

g *Idemen*) Idumæam intelligit, finitiam Iudææ inter meridiem & occidentem, ſic dictam ab Edomo ſeu Eſavo, Filio Iſaaci: Lucanus 3. *Palmarum dives Idumen.*

h *Palaſtinas domos*) Intelligit regionem Philiſtinorum. Idumææ & mari Syriaco quaſi incluſam: cujus oppida ſunt Accaron, Aſcalon & Gaza: ſic dictam a Philiſto Filio Mzraimi nepote Chami, a quo tota illa regio puam Iſrael itæ poſt ejectus Cananæos tenuerunt dicta eſt Palæſtina.

PSALM. LXIII.

a *Deperit*) Deperire idem ferè quod perire. Cic. *Scheda ne quis depereat.* Idem ὑπερφιλεῖν, id eſt, vehementer & impotenter amare, ut quis amando quaſi perire videatur.

PSALM.

PSALM. LXIV.

a *Acies novas scelerum*] Meditari novas facies scelerum & novos modos & vias, & quasi formas scelerum et fraudum excogitare. Ut enim Gellius lib. 13. c. 28. inquit, *Non solum in hominum corporibus, sed etiam in rerum cujusque modi aliarum facies dicitur. Nam montis, & cœli & maris facies, si tempestive cæcatur, recte dicitur.*

b *Virosæ linguæ*] Id est, venenatæ a nomine virus. Nam alias virosa mulier Lucilio dicta est φιλανδρος, appetens viri.

c *Perspicientiæ*] Perspicientia, prespicacia, perspicacitas, vocabula finitima, Ciceroni quoq; usui pata pro quadam ευστοχια seu ἀγχινοια solertia, qui ipse 1. Offic. perspicientiam vero solertiamque conjuxit.

PSALM. LXV.

a *Operata*] Operari & facere in Latina lingua sæpe idem significant, quod sacra facere. Virgil. *Cum faciam vitulo.* Item *Lætus operatis in herbis.* Hinc Nonius: *Operari, ait religiose, & cum summa veneratione sacrificia facere, &c.*

b *Juga tunsa procellis*) Est periphrasis scopulorum marinorum, qui à fluctibus tunduntur et verberantur. Virg. 3. Georg.

Cum graviter tunsis gemit ara frugibus. Item,

Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro.

c *Tumultus mutare pace*) ita scilicet ut bellis & tumultibus pax succedat. *Horat. Mutat quadrata rotundis.*

d *Alveus*) Proprie est profunditas illa, quæ, est inter utramque fluminis ripam depressa. Unde fluvius dicitur alveum mutare, quando alio derivatur.

e *Terræ contumacis*) Eleganter & argutè παράφρονα fecit pro ἄφρονα. Sicuti enim puer aliquis, oculans in patrem, aut servulus indomitus in herum est contumax; ita terra, quæ tot ligonibus & aratris vix tandem subigitur, ut mollescat & semini excipiendo fiat opportuna, eodem nomine contumax dicitur.

f *Macerat*) Macerare interdum etiam significat idem quod mollificare, aut aliquid tam diu aquâ perfusum reponere, donec molle & tenerum, & nonnunquam saliginosum quoque expers fiat. Hinc in Adelphis Terentii, est: *Macerare salsamenta*. Eodemque modo hic terra dura rore & pluviis dicitur macerari. Aliâ significatione utitur hoc verbo *Tsal.* 69. *Si macero jectum curis*. Est enim illic macerare, animi curis seu sumptis tenuare & conficere.

g *Ebrios sulcos*) Qui vino ad saturitatem usque madidus est, ebrius proprie dicitur. Id sciè hoc loco transtulit ad sulcos agrorum, rore & pluviâ imbutos & humectatos. Ita spongiam quoque aquâ plenam ebriam possemus dicere. Eodem modo loquitur Esaias c. 55. *Descendit imber & nix de cœlo & illuc ultra non revertuntur, sed inebriat terram, & germinare eam facit.*

h *Amictu messis*) Sicuti enim collium & montium quasi vestes sunt arbores & virgulta; ita segetes, quæ hic sub messe, intelliguntur, sunt quasi amictus agrorum & sulcorum. Hinc Virgil. *Olea vestire Taburnum*. Item *amictæ vitibus ulmi*.

PSALM. LXVI.

a Uber agri) Uber proprie mamma est. Hic pro uberitate & abundantia accipitur, ad imitationem illorum Virgilii: *Et fertilis ubere campus*. Item. *Tum quæ pinguis arvis, atque ubere gleba*. Apud Homerum quoque est πολύπιδαξ. Sicuti enim in corpore animali

animalis maximè fœcunda & fertilia sunt ubera; ita partes terræ fœcundissimæ & maximè frugiferæ, elegantur hac metaphorâ repræsentantur. Ita *Psal.* cvi. *Ubertatem spretvit iniger.*

q *De Saboæo thure*) Id dicat thus, sic dictum ἀπὸ τῆς θύειν, quòd est facrificare. Est enim thus quoq; gummi seu liquor ex cortice certæ cujusdam arbusculæ apud Sabæos Arabiæ populos destillans; (Græci λίβανον dicunt fortè à λείβω.) Quem ipsum liquorem iidem Græci vocant λιβανωτὸν, à quo etiam *libandi* verbum natum esse nonnulli volunt. Sine thure enim sacrificia non fiebant. Vide *Plin.* lib 12 cap 14.

PSALMVS LXVII.

a *Remitte secundo*) Id est, favente, & tua facta probante, & annuente. Ita Salustius dixit in Jugurtha: *Hominem orationem secundâ extollit.* Ut *Fortuna secunda, & ventus secundus.*

PSALMVS LXVIII.

a *Pæana*) Pæanes olim carmina dicebantur, quibus diis suis pro voto in præliis gratulabantur. Hic pro gratiarum actione, & beneficiorum divinorum celebratione accipitur.

b *Steriles Hymenæos*) Poeticè, pro conjugio sterili. Græcis enim Hymenæus, Latinis Talassio, Deus nuptiarum credebatur, quem passim in epithalamiis poetæ invocant. Sicuti autem vulgò cum, qui libros Platonis emit, Platonem emere dicimus: ita veteres illi nomina Deorum liberaliter donis atque operibus Deorum tribuerunt, ob utilitatem eis conferentes atque exornantes: Sic Bacchus pro vino, Ceres pro frugibus, Hymenæus pro nuptiis passim accipiuntur.

c *Nilo relicto*) Nilus fluvius Ægypti est, per quem ipsa regio more poetico hic notatur. Sicuti etiam *Psal.* LXXVIII.

& Lucanus de Ægypto sic scribit:

Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Jovis: in solo tanta est fiducia Nilo.

d *Sinæ*] Sina mons Arabiæ Petræ, in quo Decalogus pronuntiatus & sanctitus est.

e *Salmonis*] Nomen montis, cujus cacumen nive candidissima fuit conspicuum.

f *Basan*) Regio Basanitis inter fluvium Jordanem, montem Libanum, vallem Hermon & Iteræam feracissima & amœnissima, quam Og rege interfecto, Moses dimidiæ tribui Manassæ assignavit: ab ipsa pinguedine nomen habens.

g *Irremeabilis Orci*] Orcus poeticè pro inferno accipitur: in quem qui semel descendit, ei inde regredi aut remeare non licet.

h *Og*] Ogus rex Basanitidis, interfectus à Mose, Num. 21.

i *Cymbala*] Cymbalum, instrumentum musicum, æreum, concavum, & tinnitum edens, olim sacris Cybeles cum tympanis adhibitum. Meminit Cicero in Pisonem. Et Virg. 4. Georg. *Tinnitusq; cie, & matris quate cymbala circum.*

PSALM. LXIX.

a *Portæ statione*] Ebræi in portis conveniebant ad judicia exercenda, & quasi forum agendū, Latinis autem statio inter alia quoque locum publicū significat, ubi jus dicitur. Sicuti Gellius quoque lib. 13. c. 13 nominat *stationes jus docentium*. Fortè etiam respexit locum ante curiam Romanam substructum, et concavibus distinctum, ubi nationum variarum legati ad senatum Romanum missi, antè quàm audienter subsistebant. Unde apud Cicer. Epist. ad Q. Fr. primi lib. 2. est *Graecostasis*, quasi dicas stationem Græcorum.

b *Accen-*

b *Aconita*] Aconitum herba venenata est, à cautibus, quas Græci ἀκονὰς vocant sic dicta. Ovid. 7. Metamor. *Quæ, quia nascuntur durâ vivacia cautes, Agrestes aconita vocant.* Et alibi *Lurida terribile miscent aconita novercæ.*

c *Acerbant*] Acerbare, est aliquid per se satis acerbum facere acerbius & atrocius. *Virg. formidine crimen acerbat.* Similia apud *Horatium Clarare inimicare, æternare,* pro clagum inimicum, æternum facere.

d *Coniscans*] Arietans, seu cornua cum impetu committens; quod hœdorum & agnorum lascivientium proprium est. *Lucret. lib. 2. Et saliatiagni ludunt, blandiq; coniscant.* Id quod etiam *Virgil. 2. Georg.* indicare voluit his verbis, *Pingues in gramini læto inter se adversi luctantur cornibus hœdi.*

PSALM. LXXI.

a *Continenter*] Pro continuo. *Cæsar, Belgæ cum Germanis continenter bellum gerunt.* Id est, sine intermissione, συνεχῶς.

b *Puertiæ* Syncope antiqua, pro pueritiæ. Utitur eâ *Horatius* quoque oda 36. li. 1, *Memor actæ non alio rege puertiæ.* Ita idem dixit *valdius* pro validius, *tamis* pro tamma.

c *Præsti mihi carmina*] Verba aut carmina alicui præire, est ea prior recitare, ita ut alii eadem denuo repetant & pronuntient. Significat ergo Propheta, se non nisi a Deo priùs sibi suggesta cecinisse, & quasi ex illius ore excepta repetivisse quo quidem ipso nomine magis ἀξιόπιστος est censendus, quam alii spernolo qui pro divinis tradunt & inculcant, quæ à Deo non acceperunt.

d *Convexa mundi*] Id est mundum convexum. Quæ sunt, *Avia silvarium, arduæ montium &c.* Est autem convexum, oppositum concavos id est, globi seu orbis alicujus superficies exterior.

PSALM. LXXII.

a *Amphitrite*] Uxor Neptuni: poeticè, pro mari. Ne vero quis arbitretur, Paraphraſten mentione d ex hujus profanæ & fictitiæ, carmen hoc d vinum & ſacrum polluere voluiſſe; ſe cundum eſt, ipſum Amph trites et ymon, per ſe naturam maris, ſeu ipſum mare exp imere. Eſt enim ἀμφὶ circum & τρέω terere Mare enim circumquaque terram atterit. Unde Ov d. 1. Metamorph.

——— *Nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

In Tertium Librum. *Pſalmorum.*

PSALM. LXXIII.

a *Invida, infida*] Conſtructio ejus loci eſt: Sors ſeu fortuna (hæc tamen homini Chriſtiano ad divinam providentiam omnia referenti nihil eſt) quæ alias cunctis eſt invida, mobilis & infida, ſeu infidelibus; iſtis ſcilicet impiis, & tamen fortunatis, ſervat eundem quaſi tenorem perpetua fide: quaſi dicat: Fortuna omnibus aliis invida, mobilis & infida, uni hiſce fidelis & conſtans eſt.

b *Opes ſuppeditant*] Neutrum abſolutum pro ſuppetunt, ſufficiunt, abundè ſatis ſunt. Cic. 1. Offic. *Suppeditant hæc ad victam*, id eſt ſufficiunt. Idem ad Trebatium: *Ne chartam quidem tibi ſuppeditare*, Pro ſuppetere.

PSALM

PSALM. LXXIV.

a *Vitreo mare*] Intelligit aquas maris rubri divisas, & utrinque instar murorum vitreorum, seu pellucidorum assurgentes, donec Israelitæ transirent incolumes, Psal. CIV. mare nominat marmor vitreum. Vide Psal. 77.

b *Cote durâ*] Intelligit petram à Mose percussam, unde sitientibus eliceret aquam.

PSALM. LXXV.

a *Vinculis adamantinis*] Id est, à nullo unquam frangendis aut dissolvendis. Dicitur enim adamas, quasi ἀδάμας-ος. Horat.

Quis Martem tunicâ tectum adamantina, &c.

b *Cratera*] Accusativus Græcus, sicut paulo post æthera.

PSALM. LXXVI.

a *Clypea*] Dicunt Latini hic clypeus & hoc clypeum Virg. Æn. 9. Et *clypeum juperintonat ingens*: Varro quoque lib. 1. c. 48. partes culmi & spicæ explicans, nomen gladii in genere usurpavit neutro. *Herba est*, inquit, *vocatur vagina, uti quâ latet condatur gladium.* Ita dicimus hic baculus & hoc baculum, hic cubitus & hoc cubitum, quo etiam Livius utitur loco citato Psal. 20.

b *Ferreo somno*] Pro morte, quæ Homero quoque est ὕπνος σιδήρεος.

PSALM. LXXVII.

a *Avarum auxilii*] Avarus alias dicitur, quasi avidus æris: hic autem avarus auxilii est, qui aut negat, aut justo diutius differt auxilium, sicuti divites avari a grè admodum & difficulter pecuniam

exponunt. Talem autem non esse Deum, hic locus docet.

b *Dentibus temporis invidi*] Respexit forte hæc scribens ad illa Ovidii:

Tempus edax rerum tuq; invidiosa vetustas,
Omnia depremitis, vitiataq; dentibus ævi
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

c *Sæcula ferarum*] More *Lucretiano* hac voce utitur pro genere, multitudine, sobole aut progenie. Nam & apud *Lucretium* sunt sæcla animantum, hominum, scriptorum. Sic enim lib. 2. *Inq; brevi spatio mutantur sæcla animantum.* Qui forte Græcum γενεὰν hoc Latino voluit exprimere. Sunt igitur hæc tot sæcla pecudum & ferarum, idem quod tot genera & tanta multitudo diversorum animantum & ferarum. Ita *Psal.* 89

Te jura piorum sæcla hominum celebrant.

d *Pharii tyranni*] Pharos insula est maris Ægyptii è regione Alexandriæ à qua & mare illud Pharium, & tota Ægyptus à poetis regio Pharia appellatur. Significatur autem his versibus Pharao, Rex Ægypti. Fuit enim hoc commune cognomen omnium illorum veterum regum Ægypti, sicuti jam omnes Imperatores Romani *Cæsares* aut *Augusti* appellantur. Celebratur à Plinio lib. 36. cap. 12. magnifica & altissima ejus insulæ turris, cujus usus fuerit nocturno navium cursui ignes ostendere, ad prænunciandas vadas, portusque introitum. Unde hujusmodi turres maritimæ in aliis quoque locis extructæ nominantur *Phari*, qualis adhuc Travi & Varni apud nos vidimus.

c *Vastificus fragor*] Omnia vastans aut vasta efficiens, qualis effectus est tonitruum aut fulminum. Ex veteri poeta usus est etiam Cic. 2 Tusc. l.

f *Sali rubentis*] Id est, maris rubri, Mare autem sal-

ſolum dicitur à ſale, ſeu aquâ ſalſugine imbutâ Ptolemæus vocat ſinum Arabicum. Alii mare Erythræum, ab Erythra rege, juxtà habitante, vel in eo ſubmerſo, dictum volunt. Nam ad hos mare nihil colore à cæteris differre conſtat. Eſt autem ſinus ille ſatis amplus ita ut latitudo ejus nonnullis in locis ſit duodecim aut etiam plurium milliarium Germanicorum. Vero igitur ſimile eſt, dies complures in tranſitu hujus maris conſumſiſſe Iſraelitas, in tanta ſcilicet hominum multitudine. Quocirca etiam aquas hujus maris tam diu ſtantes, non immeritò murem vitreum nominavit, Pſal. 74.

PSALM. LXXVIII.

a *Sobolem Efraim*] Intelligit Ephramitas, ſeu poſteritatem Ephrami, filii Ioſephi, penes quam cum amplifima & populoſiſſima eſſet aliquandiu præcipuum robur & munimentum populi Iſraelitici fuit, Sicuti hic quoque pro peritis ſagittariis celebrantur.

b *Dapibus dedit eſſe peritis*) Eſſe id eſt edere, ab edo. Sic Virg. *Eſt mollis flamma medullas.* Horat. *Si quid eſt animum* id eſt, edit, conſumit.

c *Viduas cultore arenas*) id eſt, arenas cultore deſtitutas, ſeu cultorem non habentes. Quid autem proprie ſit viduus & vidua, notum eſt. Horat. *Viduus pharetra riſit Apollo*, id eſt, pharetrâ ſuâ ſpoliatus.

d *Miracula plurima*) Decem plagas Ægyptiorum memoriæ causâ quidam hic verſiculis rhythmiſis non plane illepidis eſt complexus.

Prima rubens unda: ranarum plaga ſecunda,
Inde culex triſtis, poſt muſca nocentior iſtis;
Quinta pecus ſtravit; veſicas ſexta creavit;
Poſt ſequitur grando: mox bruchus dente nefando;
Nona tegit ſolem, primam necat ultima prolem.

c Bruchus

e *Bruchus*) Idem cum eruca seu campe: nimirum vermis olera hortensia erodens. ΕΠΙ ΖΑΠΠ

f *Eumenidum*) More poetico terribilem illam Dei iram penitus in populum Israeliticum effusam, mentione furiarum, ardentibus tædis, & facibus impios infectantium, voluit exprimere, quas sicpe ἐνεργείας seu ἐντυπώσεις dixerunt, quasi minas ἐμφύτους, seu benevolas. An verò ea mens tam sacrum & divinum figmentis hujusmodi poeticis aspergere rectè potuerit aut debuerit, alii judicent.

g *Iugera*] Jugerum Varroni ruris modus est, quem uno die juncti boves extrare uno jugo possunt. Germ. ein Juchert.

h *Silonis*] Silo nomen montis & oppidi, distantis ab Hierosolymis versus occasum solstitialem uno milliari Germanico: ubi antiquitus sedes tabernaculi & arca fœderis fuit usque ad tempora Samuelis situm fuit in finibus tribus Judæ, Benjaminis & Ephraimi.

PSALM. LXXX.

a *Tu nos si placido lumine videris*] Vide Psal 42.

b *Euphratem*] Euphrates nobilissimus fluvius Asiæ est, tempore Salomonis limes terræ sanctæ versus Orientem. Perfluit idem Babylonem metropolim Chaldææ. Vocat eundem Psal 89. *palmiferum*, quod ea regiones palmis abundarent.

PSALM. LXXXI.

a *Bona dicite verba*] Quod Græcis est εὐφημεῖν. Ovid. 1. Fast.

Prospera lux oritur, linguis animisque favete:
Nunc dicenda bona sunt bona verba die.

b *Pelusiacis*] Pelusium Ptolemæo Ægypti urbs ultima versus Arabiam maritima, sita videlicet ad ostium

oſtium fluminis Nili, quod ab ea Peluſiacum dicitur, Suidas clavem Ægypti nominat. Nunc Damiatam dici aliqui aſſerunt. Hic poeticè protota Ægypto accipitur.

c *Meribam*] Maſſa & Meriba locus in deſerto, ubi Iſraelitæ ſitis impatientiâ in rixas, murmura & tentationes contra Deum & Moſen erumpunt: ſic dictus à tentatione & contentionibus: ubi poſtea petra percuſſa liquidiſſimè aquas eduxit. Exod. 17. Memnit ejuſdem Pſal. 106.

d *Compede Nili*] Sub compede captivitatem, ſub Nilo poeticè Ægyptum intelligit, quæ irrigitur à Nilo de quo multa Herod lib. 2.

PSALM. LXXXII

a *Regum timendorum*] Idem ferè initium eſt odæ Horatii primæ libri tertii.

b *Trutinæ*] Pro ſtatera ſeu libra, Græcis τρυτάνη παρὰ τὸ τρυέσθαι τὸ ζυγόμετρον· id eſt, quod pondere atteratur. Horatius: *Trutinâ penſatur eadem.*

PSALM. LXXXIII.

a *Nabatheus*] Nabaiothus fuit Filius Iſmaelis, nepos Abrahami, à quo regio ſeu pars Arabiæ terræ ſanctæ finitima, verſus Orientem, Nabathæa dicitur. Unde et reliqui orientales à poetis dicuntur Nabathæi. Ovid. 1. Metamorph, *Eurus ad auroram Nabathæaque regna recſſit.*

b *Agarem*] Iſmaelitæ, incolæ Arabiæ, ſic dicti ab Agare ancilla et concubina Abrahami, qui poſt natum Chriſtum Saraceni à Sara libera dici maluerunt.

c *Gabal*] Ebræis Gebal, regiuncula Arabiæ, finitima Judææ, ſedes Gebalitarum.

d *Amalecus*] Filius Heliphazi nepos Eſaui, à quo oriti ſunt Amalecitæ in Idumæa, vicini Judææ verſus meridiem.

c *Ammon*] Filias Lothi, à quo orti sunt Ammonitæ finitimi Palæstinæ, versus Orientem.

f *Lothi posteris*] Intelligit Moabitas & Ammonitas.

g *Madianæ juventus*] Madian filius Abrahami ex Cethura, à quo Madianitæ vel Midianitæ qui Arabiæ partem Moabitis vicinam tenuerunt, & memorabili clade victi sunt à Gedeone. Jud. 6. 7 8.

h *Siſara*] Dux Jabini regis Asori, victus à Baracho & Debora, & à Jahele uxore Heberis, dormiens, clavo per cerebrum adacto interfectus Jud. 4.

i *Jabinus*] Rex Chananæorum in oppido Asor tribus Naphthalimi, victus à Caracho & Debora. Judic. 5.

k *Cisontis*] Ciſon fluviolus ſeu torrens nobilis Galilææ inferioris, ſcaturiens prope Endor montem Thabor, non procul à monte Carmelo (ubi Baalitas mactavit propheta Elias) influens in mare Syriacum, ad quem Siſara & Jabinis cum exercitu cæſi ſunt à Baracho & Debora, Jud. 5.

l *Lætamen*] Pro ſimo aut ſtercore, quo agricolæ faciunt lætas ſegetes, & quaſi agros exhilarant. Utitur ea voce *Plinius*.

m *Orebum*] Fuit is princeps Midianitarum, a Gedeone ſubactus & interfectus. Judic. 7.

n *Zebum*] Alius Zeebus, ipſe quoque princeps Midianitarum, ab Ephraitis cæſus Judic 7.

o *Zebeamque*] Alias Zebaho, rex Midianiticus, a Gedeone captus & occiſus Jud. 8.

p *Salmanam*] Alias Salmuna, regulus Midianitarum a Gedeone ſuperatus & cæſus.

q *Axis ignifer*] Significat poeticè cælum ſtellis diſtinctum & ardens.

PSALM.

PSALM. LXXXIV.

a ARmipotens] Exprimit Hebraicum Zebaoth, ſicuti paulò poſt eundem vocabit bellipotentem, & ſæpiſſ. 88 utrumque conjungit, *Armorum bellique potens.*

b *Creperos*] Creperum dubium & anceps eſt. Lucret. *Cieperi certamina belli*, & Accius Thœniſſ. de auxiliis amicorum, *Quæ ego cum tua eſſe fluxa in mea re creperia compert.* Idem *Nunc tu in re crepera tua quid cap as conſilii, vide.* Hinc *crepuſculum* dicitur lux dubia, & *ſenes decrepiti* q. aſi in dubio vitæ conſtituti. Vide Non. Marcellum.

c *Mens ebria nimis bonis*] Summam hic metaphorâ ſuperfluitatem & abundantiam bonorum voluit indicare. Significat autem ebrietatem ſobriam, de qua poeta Chriſtianus: *Lætibibamus ſobriam Ebrietatem ſpiritu.* Horatius quoque od. 37. lib. 1. Cleopatram reginam Ægypti vocat fortunâ dulci ebriam metaphorâ itidem inſigni.

d *Avis nuntia veris*) Intelligit hirundinem, aut etiam coniam, de qua virg. *Candida venit avis longis invisa colubris.*

e *Agmen aquæ*) pro aquæ copia ſeu ejuſdem flexu & ductu. Hinc Virg. dixit. 1. Georg. *E paſtu decedens agmine magno Cervorum imrepunt denſis exercitus altis.* Item *Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum.* Et alibi: *Lenis fluit agmine Tibris*, Et ipſe Buchananus Pſal. 88. *Agmen ut hybernæ quod ſiſta mergit aquæ.*

f *Indulſiſti*) Syncope pro indulſiſti.

PSALM. LXXXV.

a *Omnt venti*) Pro deſinunt, quieſcunt. Virgilius: *Cum venti poſuere, omniſque repente reſedit.*

Astræa) Poeticè, pro justitia divina. Ovid. *Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.*

PSALM. LXXXVI.

a *Emancipatus*] Emancipare est è mancipio seu dominio suo aliquid demittere, & alteri possidendum tradere; & volunt propriè dici de liberis, sicuti manumittere de servis. Est igitur hic spiritus contagio corporis, emancipatus, idem, quod anima, per mortem a corpore segregata.

b *Vernaculum*] Verna servus est domi nostræ natus & nobis proprius. Inde *vernaculum* dicitur, vel quod nobis est proprium, ut hic: vel quod nobis domesticum erat quotidianum est, ut *lingua vernacula*, seu materna, quam quasi inter vernas & domesticos ad discimus. Horat. *Posit sq; vernas duris exawen domus.* Epod. 2.

d *Pudor decolor*) Pudor enim nativum colorem facici in ruborum mutat. Ita virgilio *decolor ætas* senectus est, in qua color faciei juvenilis plurimum immutatur.

PSALM. LXXXVII.

a *Mater urbium*) Aliàs metropolis, è qua in alia loca ἀποικίαι seu coloniæ, tanquam filiæ deducuntur. Ita etiam *Psalm.* 122. *Mater nobilis urbium.* Pindaro est ἄστεων πίζα, id est, urbium radix metaphorâ admodum insigni. *Plinio* in Epistolis est civitas mater. *Dum* inquit, *civitatis non sint alienæ, sed suarum quisque matrum civitatum*, id est, metropoleon. Alias Metropolis quoque vocatur urbs in Republ. aut regno aliquo præcipui nominis & auctoritatis, ubi sedes & religionis, & justitiæ & majestatis regiæ est. Quæ quidem tria urbem aut locum aliquem maximè efficiunt amabilem & augustum. Talis apud Judæos fuit

fuit Jerosolyma; apud Latinos Roma.

b *Babylon*) Alias Babel, metropolis Chaldææ toto olim orbe clarissima, & prima monarchiâ nobilitata, ampl. tudine genti quàm civitati similior. Scribit enim Arist. 3. Politic. Babylone ab hostibus captâ extitisse partem ejus urbis, quæ post tertium diem id factum esse nondum senserit.

c *Memphis*) Ægypti urbs, ad Nilum sita, magnitudine Babyloni non dissimilis, nunc Cairo vulgò appellata.

PSALM. LXXXIX.

Maris irati furias) Eleganter τὸ ἀφυκτὸν faciens ἐμφυχον, designat fluctus, tumultus & procellas tempestuosi maris.

b *Thabor*) Mons Galilææ, inter Mare Tiberiadis & oppidum Nazarethum, in finibus tribus Zabulonis, in quo torrens Cison suam habet originem. Abrahamo Ortelio, Cosmographo ad miraculum usque politissimo & laboriosissimo, existimatur esse Masseis Polybii, qui quindecim stadiorum adscensum habeat, & in vertice oppidum πεδίον. Egesippus lib 4. cap. 4. de excid. Hierosol. in extremo etiam meminit montis, Galilææ Thabirii, cujus altitudo triginta sit stadiorum, vertex autem ipse capestris stadiorum viginti trium, & qui ipse quoque cum tota Galilæa in potestatem Romanorum tum devenerit.

c *Hermon*) Pars est montis Libani, quæ versus Orientem porrigitur, & regnum Basanitidis à Cœlosyria dirimit, stringens Galilæam à septentrione & ortu.

d *Sidonio murice*) De murice seu purpura, *Psal.* 45. diximus. Hic autem purpuram Sidoniam vocat, quod mare Syriacum, Tyrum, & Sidonem alluens, purpuræ admodum ferax & fœcundum esset. Est autem Sidon urbs Phœniciæ antiquissima, in littore maris Syriaci in

ipso

inter Berithrum & Sareptam, in finibus Paleſtinæ, verſus ſeptentrionem ſita: ſic dicta à conditore Sidone, qui fuit Filius Chananæan, & patruelis Nimrodi. Gen. 10. quamvis à piſcium ubertate ſic dictum velit Juſtinus lib. 18 Nam piſces, inquit, Phœnices Sidon vocant

c *Mors illacrimabilis*] Ut pote quæ eſt ἀδάκρυτος, immiſericors &, ut Plautiana voce utamur, *ſiccorum*, & ſimul ἀμείλιχος, id eſt, nullis lacrymis movetur. Tribuit hoc epitheton Horatius. Pluton, od. 14. lib 2.

d *Chriſti*] Chriſtus Græcis idem eſt quod Ebræis Meſſias, & Latinis unctus; quòd JESUS CHRISTUS ab æterno Patre plenitudine Spiritus Sanctus, ſit ſummus propheta, doctor, pontifex & rex Eccleſiæ ſuæ. Iſti enim omnes oleo certo ungi & inaugurari ſolebant.

In Quartum Librum

Pſalmorum.

PSALM. XC.

a A *Buſque*] ὕστερον πρότερον pro, uſque à primis ſæculis

b *Comes arefactis*) Poetæ herbarum folia & frondes metaphoricè comas nominant. Sicuti enim calvities hominis caput deformat, & contra capillitium ſeu cæſaries ejuſdem eſt ornamentum, ita in foliis & frondibus plantarum, quaſi decus & puſcritudo earum conſiſtit, quibus Hyberno tempore ſpoliatæ, quaſi calvitiem quandam præ ſe ferunt. Ut denique capillitium tonderi dicitur, cum crines reſecantur; ita arbores, quibus frondes & folia amputantur, dicuntur tonderi. Horat. *Duris ut ilex tonſa bipennibus*,

c *Vitiis*

c *Vitiant amaro*] Videtur hæc scribens Lucretiana illa, respexisse: *Medio de fonte leporum surgit amari aliquid quod in ipsis floribus angat*, Inest enim voluptati quiddam γλυκὺ πικρὸν seu dulcedum, quod dulcem curis miscet amaritiem.

d *Curatis alis*] Pro concitatis et vehementissimè agitatis.

e *Verjuventæ*] Pulcerrima metaphora. Sicuti enim in anno, qui totus pulcer est, pars amœnissima et pulcerrima est ver, ita in vita hominis pars optima & florentissima est ætas juvenilis. Et sicut tempus vernũ quotannis celerimè effluit, ita vigore quoque juvenili nihil est velocius aut fugacius. Hinc anni juveniles etiam vernantes à poetis appellantur.

f *Inquies*] Generis neutro, pro, inquietum. Sallust. *Humanum genus inquies & indomitum.*

g *Desine irarum*] Pro, desine aut desiste ab ira, more Græco apud quos verba disinendi & abstinendi adsciscunt genitivum. Isocrat. λῆγε τῆσ πλεονεξίασ τοσούτου ἀνωμάλου. Hinc Horat. quoq, oda 9 lib 2 dixit: *Desine mollium querelarum.* & oda 27. lib. 3. *Absline iræ um, calidæque rixæ.*

b *Cædat & lætò*] Hujus & trium sequentium versuũ hæc est constructio: & luctus vicissim fugiens, cedat lætis, & modus voluptatis par labori exacto, id est, finito subsequens, mitiget amarum avum. Petit enim, ut tempus subsequentis lætitiæ & prosperitatis, duratione præteritæ mœstitiæ & ærumnarum par sit.

PSALM.

PSALM. XCI.

a *Duelli*] Probelli, more antiquo, ut Horat. *Pacem duello miscuit* Aliàs pro singulari quoque duorum certamine, quod Græcis, μονομαχία est, accipitur ut in hymno Ecclesiastico. *Mori & vita duello conflixere mirando, &c.* Homero bellum χάρμη dicitur per antiphrasin, quòd nihil habeat gaudii: ut Latinis bellum, quod nihil in eo sit belli.

b *Exsors*) Quasi sine sorte, expers, immunis, ἄκληρος. Horat. de cote: *Exsors ipsâ secandi.* Sic Psal. 143. *Si lucis exsors ego.*

c *Libyæ lenæ*) Libya Ptolemæo Virgilio & aliis pro tota Africa accipitur, in qua leones generati etiam Horatius innuit, sic de Mauritani canens: *Nec Iubæ tellus generat leonum arida nutrix.* Est enim Jubæ tellus, seu regnum Mauritaniæ pars Africæ.

d *Seræ senectæ tempera suaviter*) Pollicetur nimirum Deus, serio se colentibus ἰυγηρίαν, id est, commodam & morbis non ita obnoxiam senectutem.

PSALM. XCII.

a *Crudo robore*) Ita Virg. 6. Æn de Charonte: *Sed cruda Deo viridisque senectus.*

b *Ceu palma*) Quomodo palma oneri impositio renitatur, patet ex Plinio lib. 16. cap. 42, ubi de materiis architecti earumq. firmitate agit. Verba hæc sunt; *Et palmæ arbor invalida, in diversum enim curvatur: at populus contra omnia inferiora panditur, palma e contrario fornicatur.* Quid etiam testatur Xenophon pæd. Cyri lib. 7. ἢ γὰρ δὴ πιεζόμενοι ὑπὸ φορτικὸς κάτω βάρους κάμπτονται, ὥσπερ ὑπὸ ὄντος οἱ καρδίλιοι. Propterea palma symbolum victoriæ habetur, cujus etiam hoc proprium est, ut folia ejus nunquam decidant.

c *Ce-*

c *Cedrus*] Arbor perpetuò virens, odorata, speciosa, quam scribunt non curvari, sed suum retinere rigorem: teredines & tineas non gignere ex se, neque aliunde allatas alere: parietes denique, nimio ponde e non oxonerare. Unde patet, cur Salomon Dei instinctu ex hoc pretiosissimo genere ligni Templum Domini ædificare voluerit. Immò Vitruvius & alii referunt, etiam Templi Dianæ Ephesiæ, & simulacri ipsius Deæ materiam cedrinam fuisse. Aiunt quoque, è cedro & similibus arboribus ultrò quandoque humorem gutturam instar exsudare, quo fit ut hujusmodi statuæ indoctis & superstitiosis non sine miraculo sudare videantur, cum tamen secundum naturam id ipsum fiat. Ex eadem cedro resina seu liquor quidam provenit, quæ cedria & κεδρέλαιον dicitur, cujus, ea vis est, ut defuncta corpora conservet, & viventia corrumpat, teste Dioscoride lib. 1. in c. 82. Materiæ verò ipsi æternitas, ut Plin. Itaque & simulacra deorum ex ea fecerunt. *Et cedro digna* dicuntur tabulæ, libri & alia, quæ immortalitatem promerentur & talia esse censentur, quæ posteritati debeant consecrari. Cedri enim succo illita à vermibus & carie fiant immunia. Hinc Horatio sunt *carmina linenda cedro*. Et apud Persium est *Cedro digna locutus*. Sicuti apud Virgilium 6. quoque Poetæ egregii sunt *Phœbo digna locuti*.

d *Libani jugo*] Tota illa regio montosa, quæ est inter mare Syriacum, & urbem Damascum, Palestinæ finitima, versus Orientem & Septentrionem, nominatur Libanus cedris & aliis arboribus altissimis olim nobilis cujus pars est mons Hermon, de quo Psal. 89. Nomen habet à candore nivium, quibus vertices altorum montium perpetuò tegun ur. Labau enim Ebræis idem est quod nobis candidum. Unde & *Alpes de albedine* dictas volunt.

PSALM.

PSALM. XCIV.

a P*Arente cæſos*] Quos alias dicimus orbanos aut parentibus orbos. Eſt enim *cæſſum* inane aut vacuum, aut re aliquâ carens. Virg.

Nullum cum victis certamen & æ here cæſſit.

b *Veternum*] Morbus, qui Plauto eſt veternus, Celſo letnargus eſt, mercorſe licet, & i expugnabilis ; propè dormiendi neceſſitas, die ſch laſſuty. alias accipitur pro incuria & negligentia ſpina.

PSALM XCVII

a C*Ontinens*] Continens Plinio terra eſt, quæ abſque marina navigatione, commeatum parit ur in tres munpi partes, alias terra firmâ dicimus Græci ἤπειρον

b *Cœli cardine*] Cardo proprie ſuſtentaculum illud eſt, à quo janua dependens movetur. Virgil. *Foribus cardo ſtridebat ahenis.* Hinc vocabulum transfertur ad duos vertices, ſeu polos cœli immobiles, circa quos cœlum revolvitur, alterum arcticum, ſeu ſeptentrionalem, alterum antarcticum ſeu meridionalem: quorum prior Ovidio eſt cardo mundi,

Qui ſemper liquidis altior exſtat aquis.

& de utroque Virg.

Hic vertix nobis ſemper ſublimis ; at illum
Sub pedibus Styx atra videt.

c *Inanes meritis ſtipites, & pictis ludibria tranci*] Periphraſes elegantiſſima idolorum.

PSALM. XCIX.

a T*Erreſicet*] Terrorem pectoribus incutiat. Verbum à Lucretio & Virgilio uſurpatum. Virg. 4. Æn. *Cæruq; in nubibus ignes Terreſicant animos.*

b *Pila teneti nubi*] Pila propriè columna, non teres, ſed

sed quadrata, quæ Saxonibus quoque est ein viler. Hic significat columnam nubis, quæ patribus in deserto dux itineris fuit, & è quare ponsa accipiebant.

PSALM. CII.

a *Onocrotalus*] Alius est Onocrotalus, seu Truo per deserta mugiens. Dictus est autem Onocrotalus à strepitu Asini. Avis palmipes, magnitudine & colore similis cygno: cujus rostrum magnum, prælongum ac validum, ex cujus inferiori parte ingluvies, ut gutturosis, latioris sacculi instar ante pectus propendet. Pedes coloris cinerei durâ pelle contecti. *Plin.* lib. 10. cap. 57. Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimantur omnino nisi, fauce bus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas. Mox perfecta rapina sensim inde in os reddita, in veram alvum, ruminantis modo refert.

b *Deproperant*] Id est, valde & festinanter properant Verbum à Plauto & Horatio usurpatum.

c *Trifidum fidum*] Antiquitus enim totum orbem terrarum in tres partes primarias dividebant: nimirum in Asiam, Africam, & Europam. Quibus partem ætate accessit quarta, America, ab Americo Vesputio, primo ejus inventore, sic dicta. Est autem *trifidum*, quod in tres partes vel fissum est, vel findi aut dividi potest.

PSALM. CIII.

a *Aditum cubili*] Gades, insulam & urbem sitam inter sinum Gaditanum & Oceanum Atlanticum extremum versus occasum novi orbis terminum credidit antiquitas. Inque ea columnæ *Herculis* celebrantur. Sicut & poetæ fabulantur, hic *Solem* diurno labore fessum, Oceano se immergere, atque requi-

re uiescere. Unde *So*... ...*Statius*, Quem nic *Buchanevs* ... ...aute etiam h die extremum hu... ...unt finem terræ nominant. Celeb... ...non inelegans quam eo in loco re...

Heliodorus insanus ... ad extremum orbis sacrophago ... me hoc jussit condier, ut viderem, ... quam insanior ad me visendum ... ad ... penetraret.

Hispani ad huc vocant ... Galiz. Ejus insigne descriptionem dedit *Abrahamus* ... ius in tertio Theatri Orbis additamento: unde ... referè desumta sunt

b *Merere*] Merere sub imperatore (stipendia, est expeditionis alicujus socium esse, & militiam exercere quod al as est stipendia facere. Unde *Sanctius* rei bellicæ ignarum vocat *hominem nullius stipendii*. Hicde Angelis, Deo quasi militantibus, usurp vit.

PSALM. CIV.

a *Tentoria cœli*] Tentoria, sub quibus miles contra injurias cæli se occultabat, antiquitus aut è velis erant extensis, quæ alii *papiliones* vocârunt: aut etiam è pellibus quæ *tentoria scortea* dixerunt. Unde est sub *pellibus hibernare*. *Scortea* e iam apud *Martialem* significat pallium pelliceum contra pluvias, Sic enim ille:

Ingrediare viam cælo licet usque serena,
Ad subitas nunquam scortea desit equas.

Hic autem vocabulum *tentorii* elegan'er ad cœli Firmamentum latissimè expansum tran.fertur.

b *Lympha*

b *Lymphis*] Lymphæ poeticè pro aqua.

c *Onager*) Asinus sylvestris est, cursu equos facilè superans, cujus carnes, nisi quod molliores sint, nihil à cervinis differunt. Abundat gregibus onagrorum Arabia, ut scribit Xenophon de Cyri minori expeditione lib. 1. Meminit eorum idem Plinius lib. 8. cap. 4. ubi Phrygiæ & Lycaoniæ præcipui onagri adscribuntur. Plautus quoque Angelius Bargæus in Cynegeticis lib. 3. versibus his elegantissimis describit onagros:

At sonitu ingenti pavitem quatit ungula campum
Cornea, venantem quoties fugere. saisque
Temporibus stant longæ aures: suisque
Temporibus stant longæ aures; tum corpore cervos
Exsuperant; nec lana nitet non alba colore,
Mixta nigro, ceu cùm nubes densentur opacæ,
Et totum eripiunt oculis cælumq; diemque
Nigraque per medios decurrit tænia lumbos;
Linea quam clunes tractim comitatur ad imos;
Vitaque distinguens niveos sua tergora ductu.

Idem onagros Indicos, qui nobis sunt unicornes, describit Cyneget. lib. 2.

——— *quos India proscit onagros,*
Jam primum niveo corpus candore teguntur
Insecti, Assyrio circum caput omne colore,
Cæruleis oculis, unoque in fronte superbi
Cornu quod reges Indorum protinus aureis
Orbibus includunt, & vina liquentia potant.
At tum nec morbos tuti sentire feruntur,
Nec quæ inter mensas occulta hausere venena.

Quos ipsos versus cùm scriberet respexit procul dubio locum Ctesiæ: qui est in Indicis. Asinos, *inquit*, sylvestres habet India, equis pares, quosdam & majores: quibus caput purpureum, oculi cærulei, reliquum corpus est album. Cornu illis in fronte cubitalis magnitudinis, cujus inferior versus frontem

pars

pars duorum palmorum ſpatio ſit candi[illegible], at ſuperior, quæ in acutum tendit, punicea ſit, ſummum rubo rem adjunctum habens; Pars autem media ſit nigra, ex his pocula conficiuntur, quibus qui bibunt, nec ſpaſmo nec ſacro morbo corripiuntur: ſed nec venena ullam in eos vim habent, ſi modo vel aquam illa hauxerint, vel poſtquam bauſerint, aquam aut vinum, aut aliquid quid prius ex illis poculis biberint.

d *Tranant*] Trajiciunt percolant, ut ſup. Pſalm. 8. *Quæ quæ pennarum celeri vola tu Meritur ales aera*, id eſt, tranant.

Cerealia munera) Pro frugibus. Poeticè, Ceres enim Dea frugum à poetis fingitur, quam tamen *David* proſus ignoravit.

f *Genitabilis humor*] Pro genitali, è quo aliquid gignitur. Cic. in Arato: *Soleæ natura & rerum genitabilis ordo*: Reperitur & apud Varronem, & imprimis apud Lucretium. Sic Virgilius dixit, *penetrabile frigus Genitabilis aura favoni*. Apud quem etiam ſunt *averſabilis*, & *arumnabilis*.

g *Alitibus*] Vide ales. Pſal. 8.

h *Echinus*] Alias erinaceus: quorum duæ ſunt ſpecies alii enim roſtro porcum, alii canem referunt, *quarum utraque tergus Undique quàm longum ſpinis velatur acutis*. Et ubi periculum imminet, quaſi in orbem ſe colligit in globum quaſi in hiſpidum repreſentare videatur: Scite leganter de iis quoque Angelius Cynget. 4. ubi et iam naturam & furtum ujus animiculi graphicè pingit, verſibus hiſce lepidiſſimis,

Ergo ubi lapſa jacent ſuæ quæq; ſub arbore poma,
Succedunt læti, ſeq; in ſua terga volutant,
Donec ſixa rubis hærentia mala ſuperne
Exportant; implentq. penum lixentibus avis;
Quarum acinis quoties ſeſe onerantur acutis,
Per jucunda ſui præbent ſpectacula nobis.

Quippe

Quippe humeros tecto si ingrediuntur, ut ipsa
Ire patet tutos avulsos vite racemos.
Ah, tibi ne cupidos sensus tum tangat habendi
Tantus amor, furem ut tentes arcere jocoſum,
Atq; oculos durus jucundo avertere ludo,
Eripere & natis dulcem expectantibus escam.

i *Didis*) Didere verbum poeticum elegans, pro diſtribuere, digerere. Lucret. lib. 2

Dum facile in venas cibus omnis diditur.

Horat. *Albuti ſenis exemplo dum munia didit,*

Componitur vel à dis & do, vel eſt contractum à divido.

k *Grandia cete*) τὰ κήτος Græcis balæna ſeu bellua marina eſt. Hinc κήτη in numero plurali, a quo Latinum cete, eadem ſignificatione, pluralis numeri tantùm. Hinc Virg. *Et monſtra immania cete.* Eodem modo *mele & pelage*, pluraliter eſurpavet Lucret. lib. 2. *Et tyonea mele.* Et eodem pertinent *frigida tempe.* Virgil.

l *Vitreo marmore*) Pro mari Sicuti & Virgil 2, Georg. *Infidum remis impellere marmor.*

PSALM. CV.

a *Hananaa erva*) Regio hæc poſteris Abrahami divinitus promiſſa, ſic, vel etiam Chananitis, dicta eſt, à Chanano, filio Chami nepote Noha. Ejus enim progenies hanc terram incoluit primo, quam poſtea, Chananæis ejectis, duce Joſua occupârunt Iſraalitæ Regio eadem cum Paleſtina, quæ longa fuit 40 miliaria Germanica lata 12. teſte Hieronymo.

b *Filium Rachelis*) paraphraſis Joſephi, Filii Patriarchæ Iacobi, quem ille ex Rachele Filia Labanis procreavit.

c *Mango*) Mango hic item eſt, qui Calliſtrato. I. C. plagiarius,

p'agiarus, qui homines vivos aut emit aut furatur. Tales erant Ismaelitæ Josephum à fratribus suis ementes xx. siclis argenteis.

d *Inquilinus in eolas*) Inquilinus hic opponitur indigenæ seu civi aut patricio qui Græcis ἔγχωριος, sive etiam πολίτης, quem hoc loco vocat incolam, quales tum erant Ægyptii. Significat enim vox inquilinus advenam, seu peregrinum, licet etiam habitet in emptio & proprio. Erat eiusmodi in principio 3. Politic. est μέτοικος; qualis in Ægypto tum erant Israelitæ eodem nomine alias dicti Ebræi, ut docuimus *Psal.* 28. Paret hoc ex Sallustio, ubi Catalina intentatu se excusans inter alia. Ne, inquit *existimate mihi hominis patritio perdita rep. opus esse, cum eam servet M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ.* Alias inquilinus quoque Appian. lib. 2. ἐμφυλ. Καλοῦσιν, inquit, τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Sicuti quoquo aliquando inquilinus Ciceroni est, qui alienam domum incolit, aut in alieno privatim habitat. Græcis ἔνοικος. Unde Ciceroni in quadam ad Atticum epistola ἐνοίκιον est locarium, seu pretium conductæ domus.

e *Bruchus*) Vide *Psal.* 78.

f *Imber altum*) Copiosum maxima copia, instar imbris in terram cadens.

g *Telusii*) Vide *Psal.* 81.

PSALM. CVI.

a *Vgiter*) Vide Psal. 19.

b *Sali* Vide *Psal* 77.

c *Vorticoso*) Vox à Livio quoque usurpata descendens à vorticeseu vertice, qui est aqua in se contorta, & in orbem acta, qua in parte maria & in flumina ferè sunt profundissima, ein wirbel.

d *Gurgite*) Gurges quoque profundus in mari vel flumine

flumine locus est, ubi aqua in gyrum agitur, & injecta arcubi & absorbet. Nostri nautæ stin tuscl.

e *Horeb*] Horebus vel Oreb is par. vel appendix est montis Sinai, in quo leges Decalogi latæ & sancitæ sunt.

f *Niloticis*] Urbes Niloticæ sunt urbes Ægypti, sic dictæ a Nilo de quo supra *Psal.* LXXIII.

g *Moses carum caput Deo*] Pro homine Deo carissimo. In Latina enim & Græca lingua *caput* tanquam primarium corporis membrum nonnunquam pro toto homine usurpatur. Ut *Horat. Quis desiderio sit pudor aut modus Tam cari capitis?* Et Propert. lib. 4. *Nec te dulce caput mater Scribonia lasi.* Ita apud *Homerum*, Τεῦκρε, φίλη κεφαλή. Et *Plato* in Phædro, ὦ φίλη κεφαλή Sicuti etiam *Ear pedes* de malo homine dixit ὦ κακὸν κάκον.

h *Phinees* Filius Eleazari, nepos Aaronis, qui indigna ione commotus, Israelitam cum scorto Madianitide interficit, eoque strenuo facto iram Domini jam effervescentem reprimit. Qua de causa sacerdotium perpetuum ei posterisque ejus promittitur. *Num.* 25.

i *Meribæ*] Vide *Psal.* LXXI.

k *Sortis sæculis vel hostibus*) Insignis amplificatio miseriarum, quas valde magnas, luctuosas & intollerabiles esse necesse est, si hostibus, ultionis & vindictæ potius quàm commiserationis cupidis, lacrymas debeant elicere. Eâdem amplificatione usus est *Virgilius*, cùm diceret, *Vel Priamo miseranda manus.* Item *Claudianus*, *Ingenda Getis & flenda Suevis Hausimus; ipsa meos horret Parthia casus* Vide Psal. CXXIX.

In Quintum Librum

Psalmorum.

PSALM. CVII.

a *Phœbus*] Poeticè, pro sole. Est enim sol Φῶς βίε, id est, lux vitæ. Unde aliqui nomen *Phœbi* deductum volunt.

b *Arctoæ campis glacialibus ursæ*] Intelligit partes terræ septentrionales, ursæ majori & minori subjectas: ubi majus & penetrantius, quam in reliquis mundi partibus, frigus est.

c *Maresulcat*] Poeticè, pro navigat. Sicuti enim per campos aratro ductore liquitur sulcus lineâ rectissimâ ita in mari quoque navis, actæ ventis secundis, rectissimo cursu procedit: Et quod aratori est stiva, id nautæ est gubernaculum.

d *Carinis*] Pro navibus, pars pro toto. Ita Ovidius rotam pro curru dixit.

Si rota defuerit, tu pede carpe viam.

e *Venti ponunt*] Vide Psal 85.

f *Bullantibus*] Bullare est bullas facere. Verbum à *Plinio* usurpatum, qui aquas & urinas dixit bullantes, id est, bullis intumescentes.

PSALM CVIII.

a *Decempedo*] Pertica, δεκάπους, seu decem pedum, cujus usus erat in mensione agrorum, est metsfruhr. *Cicero* pro milone, *Qui cum architectis & decem pedes villæ multorum hortosque peragrabat.* Unde eidem Ciceroni *decempedator* c idem est in Græcis γεωμέτρης.

b *Arva tondat pecora*] Pro depascit.

c *Arva tecat vomere*] Pro arat.

PSALM

PSALM. CIX.

a *Aspis*] Pro aspectu, more Horatiano, ubi etiam legas *valdius* pro validius. *puertia* pro puertitia, *surpite*, pro surripite, quod et amat gimus Psal. 71.

b *Expes*) Vide Psal. 31.

c *Tecteis frondeis*] Pro arboribus, quæ avibus nidos & latebras præbent, sicut tecta edificiorum hominibus.

PSALM. CX.

a *Regente gemmulis*] Allegoria, pulcritudinis metaphoris, & formam, & colorem, & pulcritudinem rosis maturini venustissimè repræsentans. Non dissimilia habet Ps. 133.

b *Sacramento*] Pro juramento. Est autem sacramentum propriè solenne juramentum militare, quo milites fidem suam imperatori adstringebant, quod quale fuerit, patet ex his verbis Vegetii, quæ extant lib. de re militari secundo, cap 5. *Milites Scripti & matriculæ inserti, jurare solent. Et ideo militiæ sacramentum dicuntur. Iurant autem per Deum, & Christum, & spiritum sanctum & per majestatem imperatoris, &c. omnia se strenue facturos quæ præceperit imperator nunquam desertures militiam, nec mortem recusaturos pro Romana repubi. &c.* Hinc Cæsar lib. 1. bell. civ l. *Milites Domitianos sacramentum apud se dicere. jubet.* Miles autem hoc sacramento obstrictus, auctoratus; eodem liberatus, exauctoratus vocabatur. Accipitur etiam aliis pro quovis juramento. Horat. ode 17. lib 2. *Nimego perfidum dixi sacramentum.* Dictum est autem sacramentum à sacrando, seu consecrando, quod eo juramento quis consecretur, & quasi addicatur huic uni imperatori, non alii, ad serviendum.

c *Melchisedech*] Quasi dicas regis justitiæ. Volunt autem hoc cognomen fuisse Semi filii Nohæ, qui habitaverit in Salem (quæ postea fuit Hierosolyma) & præcipuus doctor & gubernator Ecclesiæ sui temporis fuerit. Ex hoc autem Psalmo, & ex septimo capite ad Hebræos patet, magnum hunc Melchisedech typum fuisse Christi, sacerdotis æterni. Dicitur enim sine patre, sine matre, sine genealogia, æquinitium dierum neque finem vitæ habens, manere sacerdos in perpetuum: sicuti etiam filius Dei non tantum sine patre ex virgine, sed etiam sine matre ex Deo natus, sine dierum initio extitit, antequâm ex matre virgine carnem assumeret, in quâ ultimum vitæ finem est habiturus. Et hic verè est æternus ille sacerdos, qui purissima victima (nimirum semetipso) semel patri oblata, suos in æternum Deo reconciliavit.

d *Sacrorum antistites*] dicit, summum aut primarium sacerdotem: sic dictum, quod cæteris antistet aut antecellat. Cicero quoque *Antistites cæremoniarum & sacrorum* nominat in oratione pro domo sua. Abhoc deductum fœminum Antistia, pro primatio sacerdote usurpatur à Plauto & Cicerone. Alias antistes in genere quoque dicitur is, qui in re aliqua excellit aut præstat. Ita Servius Sulpitius appellatus est *Antistes juris*; Plato *Antistes sapientiæ*.

PSALM. CXI.

a] Nterlita *fuca*] Ab interlino, τῷ ἐκλύειν δαψιλῶς solvere compositum à lino, levi, lium.

Alias fucus, proprie infectum est, simile quidem apis, sed minus, tum pro minus imperfecta, carens aculeo, non mellificans sed mel alienarum strenuè devorans. *Immunisque sedens aliena ad pabula fucus*, ut de eo Virgilius. Unde etiam Varro furem vocat. Et per metaphoram fuci dicuntur otiosi, & ignavi venires, alienarum

liorum tantùm fruges consumere nati, Aliàs etiam accipitur pro colore, quo lana & panni inficiuntur, ut, præter naturalem, alium colorem vanciscantur. Item pro medicamento. seu lenocinio, quo facies pingitur, ut speciosior videatur, quàm reverâ est: Græcis φῦκος, καλλώπισμα, καλλιβλέφαρον, quâ significatione hic usu patur.

PSALM. CXII.

a *Dentem fatigans dente*] Frendens, Periphrasis Vide Psal. xxxv.

PSALM. CXV.

a *Massa e segnaci bracteas*] Quæ sub ictu malleorum dilatari potest, & quæ, dum movetur aut plicatur, crepitat, hujusmodi enim laminæ seu mellè potius tenuissimæ, Latinis bracteæ appellantur. Virg 7. Æn. *Leni crepitabat bractea vento.*

PSALM CXVI.

a *Obliviscitur tenax*] Servans pro omissorum. Sicuti Horatius *Justum & tenacem propositi virum* vocat inregrum & constantem.

b *Damnatus voti*] Quod postea dicit, reus voti. Qui enim votum facto aliquid se vel alicui promisit, ille tam diu obligatus quasi damnatus atque obstrictus est, donec voto soluto seipsum liberet Virg. *Damnabis tu quoque votis.* Pro quo Jurisconsulti veteres dicebant *Damnas*: ut, Damnas esto, id est obligatus ad hoc vel illud faciendum.

PSALM. CXVIII.

a [*Licebit*] Pro, licet, aut quamvis. Ita Martialis lib. 7 *Sint astra licet Nero decrit populo tremente dies* Imo Horat. Epod. *Sit pecore & multâ dives tellure licebit.*

PSALM. CXIX.

a *Doctior Docto ibus*] Insignis aliquid re ipsa amplificandi modus, pro comparationem. Quia enim præstantibus in re aliqua præstantior est, ejus præstantiam vero simile est minimè esse vulgarem. Talia sunt illa Virgiliana & Horatiana *Formosi pecoris custos formosior ipse. O matre pulcra filia pulcrior.*

PSALM. CXX.

a *Scythæ*] Scythia complectitur regiones & gentes amplissimas & populosissimas, tam in Europa, quam in Asia versus Septentrionem habitantes, in quibus etiam sunt Mosochita, quorum Psalmus meminit, sic dicti à Mesech, filio Japheti, à quo gens illa propagata est Mesech, id est, tenebris arcum, quo etiam nomine Scythæ hodie locoque banitur. Vox autem Kedar multorum, quæ in Ebræo est, deducitur à Kedar filio Ismaelis, à quo dicti sunt Kedarei vel Kedareni populi Arabiæ, quos posteri Saracenos appellavere. Nomen habent à nigredine, ut quodammodo simul doleat David, quod sibi conversandum sit cum nigris, id est, improbis & scelestis.

b *Quum sitis flagitiosis*] Iosephus Hebraïs lingua hæc virulenta & dolosa, nominatim comparatur carbonibus juniperorum. Scribunt autem de materia juniperi accensa, quod metum in modum adurat, & ignem vel ad integrum annum foveat, modo cinere cooperiatur. Eadem Plinius scribit, quod serpentes ipsam fugiant, ideoque etiam homines eo tutius sub ea quiescere possent, quod de Prophetæ Eliæ perhibetur. 1. Reg. 19. 17.

c *Mapalia & megalia*] Propriè sunt tuguria Maurorum & Numidarum agrestium oblonga, in curvis lateribus tecta, quasi navium carinæ, ut Salustius ea describit in Jugurtha.

PSALM.

PSALM. CXXV.

a *Si fractus*] Desumpsit hæc ex oda. 3. lib. 3 Horatii
b *Mœnia Montium*] Sunt enim montes urbem aliquam circumdantes, ejus quasi munimenta & mœnia. Ita Pindarus olymp. od. 8 regionem mari septam, vel insulam vocat. Ἀπείρονα χώραν.
c *Præsidiis viduos*] præsidio destitutos Vide Ps. 78.

PSALM. CXXVI.

a *Metum libratos*] Varie affecti, alternis jam spe, jam metu, animum subeuntibus.

PSALM. CXXVIII

b *Lantaria*] Plantarium Virgilio planta aut stirps est qualibet, quæ in terram deprimitur. Pinio etiam seminarium est, novellis arbusculis consitum, undeplantæ novellæ alio transferuntur.
b *Pubescunt*] Germinant adolescant. Virg. 2. Georg. *Largo pubescit vinea fœtu.*

PSALM. CXXIX.

a *Vlcis*] Vide Psal. xxxviii.
b *Hostis ad fastidium*] Insignis amplificatio supplicii cujus etiam hostem, alias infestum & crudelem capiat fastidium. Id enim grave & diuturnum esse necesse est. Vide Psal. cv.
c *Nervo servituris*] Vinculis carcere. Terent. *In nervum potius ibit* i. est, in Vincula.

PSALM. CXXX.

a *Non furenter iracundis & asperis*] Non furenter irascentis. *Noxis eximet*] Liberabit à peccato & omni malo

PSALM. CXXXI.

a *Sublime vetus*] Pro sublimiter. Adjectivum neutrum pro adverbio, more Græco Virgil. *Rapta spirans immania saxa*: id est, immaniter. Talia sunt: *lanient lacerari, acerba fremere, implere lachrymari, indomitum furere, torvum videre.* Vide similia Psalmo xl.

PSALM. CXXXIII.

a *Nebrians ubigine*] Insignis metaph. Sicuti enim hausta vini largiore corpus humectatur, & homo inebriatur, ita imbrium humore terra irrigatur & fœcundatur. Est autem ubique propriè naturalis terræ humor, ex eaque nunquam recedens.

b *Hermonis latera*] Cujus virgulta vere novo frondentia nondum sunt amputata. Hoc enim est mortes & arbores, quarum folia & frondes poetis comæ sunt tondere. Horat. *Datus ut illex tonsa hiemibus.* E converso dixit Virg. *Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ.* Vide Psal. xc.

PSALM. CXXXV.

a *Rivum*] Privum est, quod unius cujusque proprium & peculiare est. Horat. *Conducto navigio quæ Nauseat ac locuples quem ducit priva trireme.*

b *Septemfluus fluvius* Nilus] Quia Nilus septem ostiis celeberimus in mare Ægyptium influit. Quorum nomina vide apud Melam.

c *Amorrhæam*] Qui sic dicti sunt ab Amorrhæo filio Chanaan, & ultra accis Jordanem longè lateque habitarunt, antequam ab Israelitis ejicerentur.

d *Og*] Rex Amorrhæorum, quem cum Israelitis pugnaturum audivit, interfecit Moses, & regionem ejus occupatam Rubenitis & Gaditis assignavit.

Psalm.

PSALM. CXXXVII.

a *Vertite fundamenta*] Versus spondaicus, habens in quinta regione spondæum.

PSALM. CXXXVIII.

Quod superest si quid superest] Elegans ἀναστροφή. Qualis illa Ciceroniana: *Quid sit, quod se a me removit si modo removit, ignoro*, aut etiam illa Horatiana:

Quod spiro & placeo, si placeo tuum est.

PSALM. CXXXIX.

a *Momenta*] Momentum à moveo, est minimum temporis spatium, à nictu oculi Germanis dictum ein augenblick. Vult enim dicere, nullam vel minimam vitæ suæ partem Deo incompertam esse. Momentum quoque in lancibus libræ, jam in hanc, jam in illam partem vergentium, notum est. Græcis ῥοπὴ.

PSALM. CXL.

a *Linguæ loquacis perfida vanitas*] Pro homininibus garrulis, perfidis & vanis. Sicuti Psalmo 1 *impietas* pro hominibus impiis.

PSALM. CXLI.

a *Doreo thureo*] Qui ex thure exhalat. Virg. *Solis est thurea virga Sabæis.*

b *Labamine*] Pro libatione religiosa, quam Græci σπονδὴν vocant.

c *Palpet*] Palpo, palpas, vel palpor, palparis, palpari, deponens, id est, blandè, leniter & quasi tentando prensare, demulcere vel tangere. Accipitur fere pro adulari, namis assentatorum gestus est. Hinc apud

Plautum & alios ſunt nomina *palpoteni*, *palpatur & palpatio*, pro adulatore & adulatione. Juvenal *Quem munere palpas.*

d *Salubriter*] Adverbium à Livio uſurpatum, à quo ſalubriùs & ſaluberrime.

PSALM. CXLII.

a *Dum ſedes hominum colo*] Id eſt, dum vivo & habito inter homines.

PSALM. CXLIII.

a *Vacis exſors*] Tenebricoſus, aut tenebris inluſus. Vide Pſal. 91.

b *Cave torrido*] Sirio, de quo plura vide Pſ 1.

PSALM. CXLIV.

a *Aculis ſequacibus*] ἐπὶ ἀψύχων more poetico elegan-ter facit ἰυφυχον. Sequax dicitur, quod ſtrenuè & cupidè inſequitur. Tribuitur hoc epitheto è poetis paſſim capreis, oculis fluctibus item curis, quæ nullis profectionibus, navigationibus, aut armis arceri poſſunt, quin inſequantur. Lucr. 2.

Reverag, metus hominum, curaque ſequaces,
Nec metuunt ſonitus armorum, nec fera tela.

Ita hoc jaculum ſequax eſt quod ſequi non deſinit antequam vulneret, quaſi ſiti quâdam ſanguinis humani, & cupidita eo nocendi teneatur, ut Homerus quoque de hujuſmodi ſagittis loqui ſolet.

b *Lequearibus*] Lequearia & lacunaria partes ſunt ædium ſeu conclavium, oppoſite pavimento, quod pedibus teritur. Quia autem partes illæ conclavium ſuperiores ſt dioſe exornari à magnificis ſolent, *tecta laquearia* ſunt Horatio domus principum & magnatum ſplendida, quas curas & ſolicitudines vitare aſſerit. Eodemque modo Cicero locat

perſtrum

porticum pavimentatam. Sicuti enim pavimentum decus est ejus partis cubiculi, quod pedibus teritur: ita lacunar ornat eam, quæ supra caput est, partem quam vocem eram nonnulli ad cœlum itellis distinctum, eleganter transtulerunt, pro cœlo dicentes laquearia cœli.

c *Aureis* Id est, pulcris, pretiosis, Quæ enim præ aliis pulcra & pretiosa sunt, poetis aurea dicuntur, ut *Venus aurea, lumen aureum, liber aureus, aure magis aureæ virtus.*

d *Tholus*] Propiè concameratio is aut fornicis medium, seu umbilicus in quem laterum aut trabium capita coeunt, cui antiquitus ve ventium anathemata seu donaria votiva affigebantur. Virg. 9.

——— *Si qua ipse meis venatibus auxi.*
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

PSALM. CXLV.

a *Contagium*] Contagium, ii, contagio, onis, & contages, is, accipiuntur pro morbo aut re aliqua vitiosa, quæ contactu nocet, & veneno sub alios infecit, Lucret.

Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

b *Ferarum jacula*] Vide Psal. 77.

c *Opisq, compotes*] Ope vide licet impetratâ. aut cùm votorum suorum facti sunt compotes

d *Qui pectore cunq,*] Pro, quicunque pectore, per Tmesin.

PSALM. CXLVI.

a *Esurit*] Pro fame. Apud Catullum est Esuritio, apud Varronem elarigo, eâdem significatione: ieedo.

PSALM. CXLVII.

a FRactos animi] Id est ánimo fractos seu pusillanimes. Poeticè, Eodem modo, *egregius præstans*, *lapsus*, *victus*, & alia similia cum voce *animi* passim à poetis conjunguntur. Et paulò post hoc ipso psalmo dicit *simplex animi*.

b *aheneis*] Vocabulum poeticum, diversimode, pro ratione carminis, usurpatum. In soluta oratione dicimus æneus; hinc poetæ, diphthongo per dialysin & aspirationis epenthesin divisâ, dixerunt aheneus, Horat.

——— *Hic murus aheneus esto,*
Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ

Ex hac voce producta alii item, per συναίρεσιν, fecere contractam, exempta è penultima littera E dixerunt *Ahenus*: Propert *formæ bellator ahenæ*, proæneæ, vel æreæ. Eodem modo procburneus dixere e *urnus*.

c *et glaciem frenat*] Insignis metaphora, Glacies enim cursum fluminum sistit, eaque ripis suis quasi aligat & adstringit, ut fræno equi cursus sistitur, quod hoc loco est frænare lapsus aquarum Glacie vero liquefactâ & solutâ, *mox decrescentia ripas Flumina prætereunt*, ut canit Horat. 4. ode.

PSALM. CXLVIII.

a ROtatilis] Vox à Poeta, ut videtur, novata. Est autem rotat le, quod rotæ instar in orbem potest circumagi quales sunt circuli illi cælestes, de quibus hic loquitur.

b *stella cete*] Vide Psal. 104.

c *Repostos*] pro repositos. Virg. *Manet alte mente repostum*. Et *impostor*, quasi imposiiter, qui fraudulenter aliis imponit. Vide Psal. 46.

PSALM.

PSALM. CXLIX.

a *Filiæ Sionis*] Id est, virgines & matronæ Hierosolymitanæ: sicuti Horat. Ode 3. lib. 4.

Romæ principis urbium
Dignatur soboles, inter amabiles
Vatum ponere mechorus.

Ubi per sobolem Romæ, intelligit adolescentes & cives Romanos, ex urbe Roma, tanquam ex matre, oriundos.

b *Pectine*] Pecten hoc loco idem est cum plectro, de quo supra Psa. 30 Virgil. *Iam pectine pulsat eburno.* Aliud instrumentum musicum est πηκτὶς seu pectis, de quo, sicuti etiam de aliis ejus generis, vide Nomenclatorem Hedriani Junii.

PSALM. CL.

a *Nabla*] Vide Psal. 33.

b *Cymbali*] De hoc, Psal. 68.

c *Sonoro*] Pro sonitu, more Lucretii & Virgilii quorum ille in primo:

Lepido quæ sunt fucata sonore

Idem canor, pro cantu dixit in quarto:

Parvuus ut est cycni melior canor, ille gruum quam
Clamor in æthereis dispersus nubibus austri.

HÆc quàm brevissimè in Psalterii hujus voces obscuriores annotasse sufficiat. Reliqua, quæ in eo latent Christianæ pietatis documenta & mysteria, aliis ex professo hoc agentibus relinquimus explananda.

Πάντων δόξα Θεῷ.

NATHAN

NATHAN CHYTRÆUS
Lectori S.

HActenus explicui pueris minus obvia verba
Dicendi & raros difficilesque modos.
Tu postquam, mentemque tenes linguamq; poeta
Nunc quoque cum sociis, si libet, illa cane.

Genus

Genus dicolon diſtrophon. Verſus 1. Diactylicus hep tameter acatalectus. 2. Archiloch us, conſtans ex p:nth emimeri jambica & tribus trochæis, Horat lib. 1. od. 4.



Genus

Genus dicolon diſtrophon. Verſus 1. Trochaicus Dimeter catalecticus. 2 Iambicus trimeter catalecticus, Horat. lib. 2. ode 8.



Genus

Genus di olon te ſtr phon. Verſus 1 & 2. Ionica à minore Sapphici tr metri acatalect. 3. Ionicus à minore, S pphicus acatalectus tetrameter. H rat lib. 3. ode 12.

Di ctanus.

Miſerarum eſt neque amori dare ludum,

Altus.

Miſerarum eſt neque amori dare ludum,

Tenor.



Miſerarum eſt neque amori dare ludum,

Baſſus.

Miſerarum eſt neque amori dare ludum,

Diſ.

Discantus,



Altus.



Tenor,



Bassus.

Genus:

Genus d colon d. ſtrophon Verſus 1. Iambicus trime. t. r acatalect. 2. Sapphicus conſtans penthemimeri heroicâ, & dimetro Iambico. Horat. Epod. 11.



Genus

Genus Dicolon diſtrophon Verſus I. Heroicus. II.
Archilochis conſtans ex tripodio dactylo
acatalecto & penthimere heroica
Horat. Epod. 13.

Genus

Genus dicolon diſtrophon. Verſus I. Choriambicus dimeter acatalectus. II. Choriambicus tetrameter acatalect. exepi rito ſecundo choriambis duobus & amphybrachy. Horat lib. 1. od 8.



Genus

Genus monotonon: omnes versus sunt choriambici pentameter acatalecti Horatius lib. 1, ode 11. & 12, & lib. 4. ode 10.

Discantus.



Altus.



Tenor

Tenor.



Baſſus.



Genus Phalæcium, sive Hendecasyllabum.

Discatus.



Altus.



Tenor.



Baſſus.



Alia

Alia melodia generis Phrygij



Nulli tefticias nimis ſodalem:
Gaudebis minùs & minùs dolebis.

FINIS.